Timorem quidem docet nos apostolus dicens. qui manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit {1 Cor 11:29}; Fidem uero edocet nos sermo domini dicens. hoc est corpus meum quod pro multis datur. hoc facite in meam commemorationem {Lc 22:19}; Et apostolus de unigenito dei filio. humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem mortem autem crucis {Phil 2:8}; Cum ergo anima fidem habet his dictis.²⁷ et considerauit magnificentiam glorię ipsius: et [f. 130r] admiratur nimitatem humilitatis: quomodo tantus et talis oboediens fuit patri usque ad mortem pro nostra uita: puto quia possit prouocari ad affectum. et dilectionem. et ipsius dei patris qui unico filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum; Talem ergo affectum uel fidem preparare debet in animo suo. is qui panem et calicem domini percipit.

Source

BEN.AN. Cod.reg. 134 (eds Holste–Brookie, 97) — BASIL–RVFINVS Regula 134 (ed. Zelzer, 162–64) | abbrev.

III. QVOD ABSOLVTIO PÆNITENTVM PER MANVVM INPOSITIONEM SACERDOTVM SVPPPLICATIONIBVS FIAT EX EPISTOLA PAPE LEONIS AD THEODORVM FOROIVLIENSEM EPISCOPVM.

²⁶ autem] aut' as if autus

²⁷ dictis] dictis, with i over s, as if dicti sibi

Indulgentia enim dei supplicationibus optinetur sacerdotum; Mediator enim dei et hominum dominus iesus christus hanc prepositis. ecclesie tradidit potestatem: ut et confitentibus penitentiam sanctionem darent: et de eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent; Cui utique operi incessabiliter ipse saluator interuenit. nec umquam ab his abest. que ministris suis exequendo commisit dicens. ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi {Mt 28:20}.

Source *Coll.Dach. 1.14 — DLEO.440.485, c. 2 (PL 54, cols 1011B–12A) | partial*

III. DE HIS QVI IN VLTIMO MORTIS ARTICVLO PÆNITENTIAM SIMVL ET VIATICVM POETVNT. EX EADEM EPISTOLA.

Qui necessitate mortis urgente penitentiam simul et uiaticum petunt. nec actio illis poenitentiae: nec communionis gratia denegetur;

Source *Coll.Dach. 1.2; PHAL.800.3.3 | rubric + first sentence, adapted — DLEO.440.485, c. 5 (PL 54, col 1013B), partial, adapted*

V. QVOD [f. 130v] PERICVLO MORTIS VRGENTE STATIM POST ACCEPTIONEM PÆNITENTIÆ RECONCILIATIO SVBSEQVATVR EX EADEM ÆPISTOLA.

Multum enim utile ac necessarium est ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione soluat; His autem qui in tempore necessitatis et in periculis urgendis instanter presidium penitentiam et reconciliationis implorant nec satisfactio interdicenda est nec reconciliatio deneganda: quia misericordiam dei nec mensuras possumus ponere. nec tempora difinire: apud quem nullas patitur uenire moras uera conuersio. dicente dei spiritu per prophetam: cum conuersus ingemueris tunc saluus eris {cf. Is 30:15}; Et alibi. dic iniquitates tuas prior ut iustificeris {cf. Is 43:25–6}: Item quia apud dominum misericordia. et copiosa est apud eum redemptio {Ps 129:7}.

Source *Coll.Dach. 1.14 — DLEO.440.485, cc. 3–4 (PL 54, cols 1012B–13A) | partial*

VI. QVOD NVLLI SIT PÆNITENTIA VLTIMA DENEGANDA. EX EPISTOLA PAPE CALESTINI.

Salutem homini adimit. quisquis mortis tempore penitentiam denegat; Vera ergo ad deum conuersio in ultimis positorum mente potius est estimanda quam tempore: propheta hoc taliter asserente: cum conuersus ingemueris tunc saluus eris {cf. Is 30:15}; Cum ergo dominus sit cordis inspector quouis tempore non est. deneganda poenitentia postulanti. cum illi se obliget iudicio. cui occulta omnia nouerit [f. 131r] reuelari;

Source *Coll.Dach. 1.1 — DCEL.422.369, c. 3 (ed. Coustant, cols 1068B–C) | partial, abbrev.*

VII. DE HIS QVI COMMVNIONEM TEMPORE MORTIS POSCVNT AVT DISPERANT. ET CONSECVTI COMMVNIONEM ITERVM CONVALVERVNT. EX CONCILIO NOCOENO. {NICOENO corr.}

De his qui ad exitum ueniunt etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur. ita ut si quis egreditur e corpore ultimo. et necessario; Uiatice minime priuetur; Quod si desperatus et

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

consecutus communionem oblationisque particeps factus: iterum conualuerit sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consecuntur; Generaliter autem omni cuilibet in exitum posito et poscenti sibi communionis gratiam tribui episcopus probabiliter ex oblatione dare debet.

Source

Coll.Dach. 1.18; PHAL.800.3.10 — CNIC.325.13 (Dion.II)

VIII. DE PÆNITENTIBVS QVI INFIRMITATE VIATICVM ACCIPIVNT EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Poenitentes qui infirmitate uaticum æucharistię acceperint non se credant absolutos sine manus inpositione si superuixerint;

Source

Coll.Dach. 1.17 — SEA 21 (= Carthage IV, 78)

VIII. DE PÆNITENTIBVS VT A PRESBITERIS NON RECONCILIENTVR. NISI PRECIPIENTE EPISCOPO. EX CONCILIO AFRICANO.

Vt *presbiter*²⁸ inconsulto *episcopo* non reconcilietur *penitentem*: nisi absentia *episcopi* necessitate cogente.

cf. *Coll.quad. 4.13*

Source

Coll.Dach. 1.19; PHAL.800.3.11 | partial — CCAR.397.30b (= Reg.eccl.Cart.exc. 43b, first sentence; Carthage III, 32)

X. DE HIS QVI OBMVTESCVNT ANTEQVAM SACERDOS AD EOS DATVRVS PÆNITENTIAM ACCEDAT. EX EPISTOLA PAPÆ LEONIS AD THEODORVM FOROIVLIENSEM EPISCOPVM.

Hii qui ita aliqua egritudine fuerint adgrauati. ut quod paulo ante poscebant sub presentia significare. non [f. 131v] ualeant testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent. simul tamen et *penitentię* et reconciliationis beneficium consequantur;

Source

Coll.Dach. 1.2; PHAL.800.3.3 | rubric + second part — DLEO.440.485, c. 5 (PL 54, col. 1014A, partial)

XI. IN CONCILIO AGATENSE EX EPISTOLA PAPÆ SIRIACI DE EADEM RE.

Viaticum omnibus in morte positus dandum est. Quicumque carnali fragilitate ceciderunt: uaticum munere cum ad dominum coeperint proficisci pro communionis gratiam uolunt subueniri;

Kerff: 4.11–12

Source (to dandum est)

Coll.Dach. 1.10 — CAGD.506.15 | last sentence, adapted

Source (from quicumque)

Coll.Dach. 1.9; PHAL.800.3.8 — DSIR.384.255, c. 6 (ed. Coustant, col. 629B) | partial

XII. DE TEMPORE REMISSIONIS PÆNITENTIVM EXPLA {EX EPISTOLA corr.} PAPÆ INNOCENTII AD DECENTIVM EPISCOPVM.

De poenitentibus autem qui siue ex grauioribus commmissis siue ex leuioribus poenitentiam gerunt: si nulla interueniet egritudo. quinta feria. ante pascha eis remittendum romanę æcclesię

²⁸ presbiter] pbrt with macron over r

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

consuetudo est; *Delictum sacerdotis est iudicare ut non adtendat ad confessionem poenitentis et ad fletus atque lacrimas corrigentis cum uiderit congruam satisfactionem; Si uero quis egritudinem inciderit atque usque ad disperationem deuenerit. ei est ante tempus paschæ relaxandum: ne de seculo absque communione discedat;*

Kerff: 4.13

Source

Coll.Dach. 1.21; PHAL.800.3.13 — DINN.401.311, c. 10 (ed. Cabié, 28–30, lines 113–122) | abbrev.

XIII. DE RECONCILIATIONE PÆNITENTVM EX CONCILIO AFRICANO.

Presbiter inconsulto episcopo non reconciliet poenitentem. nisi absentia episcopi necessitate cogente; Cuiuscumque autem poenitentis publicum et uulgatissimum crimen est. quod uniuersam [f. 132r] æcclesiam commouerit. ante absidam manus ei inponatur;

Kerff: 4.14

cf. Coll.quad. 4.9

Source

Coll.Dach. 1.19; PHAL.800.3.11 | partial — CCAR.397.30b–c (= Reg.eccl.Cart.exc. 43b–c; Carthage III, 32)

XIII. DE PÆNITENTIBVS SVBITO MORTVIS VT OBLATIONES RECIPIANTVR. EX CONCILIO VASENSE.

Eorum qui poenitentia accepta in bonæ uitæ cursu sine communione subito moriuntur. oblationem recipiendam et eorum funera. ac deinceps memoriam æcclesiastico affectu prosequendam;

Kerff: 4.15

Source

Coll.Dach. 1.23 — CVAI.442.2 | first sentence, abbrev.

XV. QVOD QVI PRO INLITIS {INLICITIS *corr.*} VENIAM POSTVLAT A MVLTIS ÆTIAM LICITIS SE ABSTINERE DEBEAT. GREGORII PAPÆ IN QVADAM OMELIA.

Qui se inlicita meminit commississe a quibusdam etiam licitis studeat abstinere. quatenus per hoc conditori suo scitis faciat: ut qui commisit prohibita. sibimet ipsi abscondere debeat etiam consessa: et se reprehendat in minimis. quem meminit in maximis deliquisse;

Kerff: 4.16

Source

GREG.MAG. Hom.in ev. 34, 16 (ed. Étaix, 315), partial

XVI. ITEM DE EADEM RE EX EPISTOLA PAPÆ LEONIS AD RVSTICVM NARBONENSIS EPISCOPVM.

Inlicitorum ueniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere. dicente apostolo. omnia licent. sed non omnia expediunt {1 Cor 6:12};

Kerff: 4.17

Source

Coll.Dach. 1.3; PHAL.800.3.5 — DLEO.440.544, c. 10 (PL 54, col. 1206B) | partial

XVII. VT PÆNITENTIÆ TEMPORA IVXTA QVALITATEM PECCATI DECERNANTVR. EX CONCILIO AFRICANO.

Poenitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio poenitentię tempora decernatur;

Kerff: 4.18

Source *Coll.Dach. 1.11; cf. PHAL.800.3.1a and PHAL.800.3.11, which lack inscriptions; Coll.Dach. 1.19, which ascribes this canon to 'Concilio Carthaginis tertio' — CCAR.397.30a (= Reg.eccl.Cart.exc. 43a; Carthage III, 31)*

XVIII. BASILII EPISCOPI DE EADEM RE.

[f. 132v] Hoc sit in iudicio positum eorum qui presunt. uel quanto tempore uel quali modo poeniteri debeant. qui delinquent: quia ætas et eruditio multam haberi facit differentiam;

Kerff: 4.19

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 24.2 (eds Spannagel–Engelbert, 219, lines 20–3)*

XVIII. EX CONCILIO LAUDOCENSE DE EADEM RE.²⁹

Vt pro qualitate delicti poenitentię tempus inpendatur;

Kerff: 4.20

Source *Coll.Dach. 1.15; PHAL.800.3.15 | partial, adapted — CLAO.300.2 (Dion.I/II)*

XX. VT ABSQVE PERSONARVM ACCEPTIONE PÆNITENTIA DETVR. EX CONCILIO AFRICANO.

Ut sacerdos poenitentiam imploranti absque personę acceptionę poenitentię leges imperet;

Kerff: 4.21

Source *Coll.Dach. 1.12; PHAL.800.3.1, partial | lacking rubric — SEA 18 (= Carthage IV, 74)*

XXI. DE NEGLEGENTIA PÆNITENTVM EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Vt neglegentes poenitentes tardius recipiantur;

Kerff: 4.22

Source *Coll.Dach. 1.16 — SEA 19 (= Carthage IV, 75)*

EX CONCILIO TOLETANO DE EADEM RE.

Ea que frequenti preuaricatione iterantur: frequenti et sententia condempnentur;

Kerff: 4.23

Source *Coll.Dach. 1.24 — CTOL.638.7 | partial*

XXII. QVALITER POENITENTES EX CORDE SVSCIPIANTVR BASILII EPISCOPI.

Poenitentem ex corde ita oportet suscipi: sicut dominus ostendit cum dicit: quia conuocauit amicos suos et uicinos dicens. congratulamini mihi quia inueni ouem meam quam perdideram {Lc 15:6}.

Kerff: 4.24

Source *BEN.AN. Cod.reg. 27 (eds Holste–Brookie, 81) — BASIL–RVFINVS Regula, 27 (ed. Zelzer, 75)*

²⁹ A faint and unfinished figure of a man has been drawn in the left margin.

XXIII. QVOMODO QVIS PÆNITERE DEBET IN VNOQVOQVE DELICTO. CUIVS SVpra.

Affectum illum in se recipiat poenitens. quem gerebat ille qui dicebat. iniquitatem odio habui et abominatus sum {Ps 118:163}; Sed ea quę scripta sunt in. VI^{to}. psalmo atque [f. 133r] in aliis quam plurimis. uel illa quę apostolus dixit ad eos. qui secundum deum contristati sunt. quantum operatum est inquit uobis sollicitudinem. sed excusationem. sed indignationem. sed emulationem. sed uindictam. in omnibus exhibuistis uos cautos esse negotio {2 Cor 7:11}; Sed et his ipsis in quibus deliquit agens multa contraria; sicut et zecheus {Ezacheus corr.} fecit {cf. Lc 19:8}; deest qui pro peccato non poenitet;

Kerff: 4.25

Source *BEN.AN. Cod.reg. 18 (eds Holste–Broockie, 79) — BASIL–RVFINVS Regula, 18 (ed. Zelzer, 67–8)*

XXVII.³⁰ CUIVS SVpra.

Erga eum qui pro peccato non poenitet tales esse debemus: sicut dominus precepit dicens: sit tibi sicut gentilis et publicanus {Mt 18:17}; Et sicut apostolus docuit dicens: subtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam tradidimus uobis {2 Th 3:6};

Kerff: 4.26

Source *BEN.AN. Cod.reg. 28 (eds Holste–Broockie, 81) — BASIL–RVFINVS Regula, 28 (ed. Zelzer, 75)*

XXVIII. VT PÆNITENTIA CONIUGATIS EX CONSENSV DETVR. EX CONCILIO ARELATENSE.

Poenitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam;

Kerff: 4.27

Source *Coll.Dach. 1.13 — Coll.Arel. 22*

XXVIII. QVOD PÆNITENTI NVLLA LVCRA NEGOTIATIONIS EXERCERE CONVENIAT. EX EPISTOLA PAPÆ LEONIS AD RVSTICVM NARBONENSEM EPISCOPVM;

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit. quia est honestus questus et turpis; Verum tamen poenitenti utilius est dispendia pati. quam periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis uendendisque commercium: non interuenire peccatum; [f. 133v]

Kerff: 4.28

Source *Coll.Dach. 1.4; PHAL.800.3.6 — DLEO.440.544, c. 11 (PL 54, col. 1206B)*

XXX. QVOD AD MILITIAM SECVLAREM POST PÆNITENTIAM REDIRE NON DEBEAT. EX EADEM EPISTOLA.

³⁰ Chapter numbering skips ahead 3 here.

Contrarium est omnino æcclesiasticis regulis post poenitentiam actionem redire ad militiam secularem: cum apostolus dicat: nemo militans deo implicet se negotiis secularibus {2 Tim 2:4}; Vnde non est liber a laqueis diaboli. qui se militia mundana uoluerit implicare;

Kerff: 4.29

Source

Coll.Dach. 1.5; PHAL.800.3.7 — DLEO.440.544, c. 12 (PL 54, cols 1206C–07A)

XXXI. DE HIS QVI ACTA PÆNITENTIA AD PRISTINA REDEVNT PECCATA.

Antiquorum patrum decernunt concilia. ut qui acta pænitentia tamquam canes ac suos {sues *corr.*} ad uomitus pristinos et uolutabra redeunt: quoadusque ad remedia pænitentiam recurrant: et ad amissum ordinem reuertantur excommunicati. et anathema condempnati habeantur;

Kerff: 4.30

Source (to concilia ut)

unidentified

Source (qui acta ... redeunt)

Coll.Dach. 1.9; PHAL.800.3.8 — DSIR.384.255. c. 6 (ed. Coustant, col. 628C) |

part of first sentence

Source (from quoadusque)

unidentified

XXXII. DE HIS QVI POST POENITENTIAM HABITVM SECVLAREM PRÆSVMVNT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Hii qui post sanctam religionis professionem apostatant. et ad seculum redeunt. et postmodum poenitentiam remedia non requirunt: sine pænitentia communionem pænitus non accipiant: quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti; Et quicumque ille {scilicet est *gl. sup. lin.*} post pænitentiam habitum secularem non presumat. quod si presumpserit ab ecclia {sic} alienus existat;

Kerff: 4.31

Source

Coll.Dach. 1.7 — Coll.Arel. 25

XXXIII. DE HIS QVI PÆNITVERVNT PRO ALIQVO DELICTO [f. 134r] ET RVRSVM IN HOC IPSVM INCIDERVNT. BALIT EPISCOPI.

Si quis semel notatus fuerit inuidiam uel contentionis uitio rursum. in hoc ipsum inciderit sciat se primam illam causam ex qua inuidia. uel contentio nascitur in interioribus medullis habere reconditam; Oportet ergo eum per contraria aque aduersa curare. id est. per humilitatis exercitium; Exercitia uero humilitatis sunt. si se uilioribus officiis subdat: et ministeriis indignioribus tradat; Ita namque arrogantiam et humane glorie uitium curari poterit. ut in consuetudine humilitatis effectus ultra iam non incidat arrogantiam et uanę glorie delictis sed in singulis huiusmodi uitii consimilis adhibetur;

Kerff: 4.32

Source

BEN.AN. Cod.reg. 22 (eds Holste–Brockie, 80), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 22.7–11 (ed. Zelzer, 71–2)

XXXIII. DE PRESBITERIS QVI VXORES ACCEPERVNT VEL FORNICATI SVNT. EX CONCILIO CESSARIENSE.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Presbiter si uxorem acceperit ab ordine deponatur; Si uero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit pelli debet et ad poenitentiam redigi;

Kerff: 4.33

Source *PHAL.800.5.1; Coll.Dach. 1.45 — CNEO.315.1 (Dion.II)*

XXXV. DE DIACONIBVS SIMILITER. EX EODEM CONCILIO.

Simili modo etiam diaconus si eodem peccato succubuerit ab ordine ministerii subtrahatur;

Kerff: 4.34

Source *PHAL.800.5.2; Coll.Dach. 1.46 — CNEO.315.10 (Dion.II)*

XXXVI. DE CASTITATE SACERDOTIS. HIERONIMI PRESBITERI.

Si autem laicis imperatur ut propter orationem abstineant se ab uxorum coitu: quid de sacerdote sentiendum est. qui cotidie [f. 134v] pro suis populique peccatis inlibatas deo oblaturus est uictimas; Castitas enim propria et ut ita dixerim pudicitie sacerdotalis talis debet esse. ut non solum ab opere se inmundo abstineat. sed etiam a iactu oculi et cogitationis errore mens christi corpus confectura sit libera;

Kerff: 4.35

Source *JEROME, Comm.in IV ep.Paul., ad Tit. vers. 1:8–9 (PL 26, cols 568C–69A), partial, abbrev.*

XXXVII. QVOD SACERDOTES ET LEVITÆ CVM MVLIERIBVS COIERE NON DEBEANT EX DECRETA INNOCENTII PAPÆ.

Præterea quod dignum. et pudicum. et honestum est terrene æcclesie omni modo debet: ut sacerdotes et leuitæ cum mulieribus nocoeant: quia ministerii cotidiani necessitatibus occupantur; Scriptum est enim: sancti estote quia ego sanctus sum dominus deus uester {Lv 11:44};

Kerff: 4.36

Source *PHAL.800.5.6 — DINN.401.286, c. 9 (ed. Coustant, col. 752B), partial*

XXXVIII. DE INCONTINENTIA SACERDOTVM VEL LEVITARVM. CUIVS SVPRA.

De presbiteris et diaconibus diuinarum legum est disciplina: ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore æcclesiastico priuentur; nec admittantur ad tale ministerium quod sola continentia oportet impleri.

Kerff: 4.37

Source *PHAL.800.5.7 — cf. DINN.401.293, c. 1 (ed. Wurm, 60, lines 7–9)*

XXXIX. DE DIVERSIS ORDINIBVS AB VXORIBVS ABSTINENDIS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Sacerdotes dei et diaconi uel qui sacramenta contrectant pudicitie custodes ab uxoribus se abstineant;

Kerff: 4.38

Source *PHAL.800.5.5 — CCAR.419.4, partial*

XL. DE HIS QVI AD PRESBITERIVM PROMOENTVR. ET ANTE ORDINATIONEM PECCASSE SIBI SVNT CONSCII. EX CONCILIO NOCESSARIENSE.

[f. 135r] *Presbiter* si preoccupatus corporali peccato et confessus fuerit de se *quod* ante ordinationem deliquerit oblationem non consecret. manens in reliquis officiis *propter* studium bonum; Quod si de se *non* fuerit ipse confessus. et argui manifeste nequiverit; potestate sui iudicii relinquatur;

Kerff: 4.39

Source PHAL.800.5.3 — CNEO.315.9 (Dion.II), abbrev.

XLI. DE CANONE APOSTOLORVM SI PRESBITER AVT DIACONVS IN FORNICATIONE. AVT PERIVRIO. AVT FVRTO. AVT HOMICIDIO. CAPTVS FVERIT.

Presbiter aut *diaconus* qui in fornicatione. aut *periurio*. aut furto. aut homicidio captus est. deponatur. *non* tamen *communione* priuetur; Dicit enim scriptura; non iudicabit dominus bis in idipsum {cf. Na 1:9};

Kerff: 4.40

Source PHAL.800.5.4 — Can.apost. 25 (Dion.I/II), adapted

XLII. DE PROHIBENDA CONLOCVTIONE CLERICORVM MVLIERVMQVE IN STATVTIS SENIORVM.

Cum extranea muliere conlocutio absque testibus canonum auctoritate legitime prohibetur;

Kerff: 4.41

Source BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 181), first sentence — Reg.monast.Tarnatensis, 4.1.1 (ed. Villegas, 20)

XLIII. DE EADEM RE. BASILII EPISCOPI.

Id omnimodis obseruari conuenit: ut *certus* quis et certo tempore. et certo in loco. et certis personis. *uel* appareri clericus *uel* loqui debet mulieribus; ut excludatur omnis nefanda suspicio; Certe solum ad solam accedere nulla religionis ratio permittit; Melius enim duo quam unus {Ecl 4:9}. simul enim et fidelius et tuitius res geritur; Væ enim uni quia si cæciderit non est qui erigat eum {cf. Ecl 4:10};

Kerff: 4.42

Source (from certus qui) BEN.AN. Cod.reg. 174 (eds Holste–Brockie, 103) — BASIL–RVFINVS Regula, 174.5–8 (ed. Zelzer, 197–98) | abbrev.

XLIIII. [f. 135v]³¹ DE SVBINTRODVCTIS MVLIERIBVS. EX CONCILIO NICENO.

Indicit *per* omnia magna *synodus*. non *episcopo*. non *presbitero*. non *diacono*. nec alicui omnino qui in clero est licere subintroductam mulierem habere;

Kerff: 4.43

³¹ A later hand has added in the top margin *indicit per omnia magna synodus*, i.e. the first five words of the following canon.

Source PHAL.800.5.8; Coll.Dach. 1.49, first half — CNIC.325.3 (Dion.II), first half

XLV. SANCTI GREGORII PAPÆ.

Qui corpus suum castitati dedicant habere secum feminas non permittant;

Kerff: 4.44

Source GREG.MAG. Dial. 3.7.1 (ed. de Vogüé, II, 278, lines 5–6), adapted

XLVI. SANCTI AGVSTINI EPISCOPI.

Ideo nolo ut soror mea mecum sit: quia quę cum sorore mea sunt sorores meę non sunt.

Kerff: 4.45

Source unidentified, but cf. DGRE.590.1636 (ed. Norberg, 664, lines 22–4); this canon nearly verbatim with the RATHIER, Epistola 16 (ed. F. Weigle, MGH Briefe d.dt. Kaiserzeit I [Weimar, 1949], 81, lines 24–5), written Nov. 963

XLVII. DE VIRGINIBVS VELATIS SI DEUIAVERINT INNOCENTII PAPÆ.

Item quę christo spiritaliter nubunt. et a sacerdote uelantur. si postea uel publice nupserint. uel se clanculo corruerint. non eas admittendas esse ad agendam penitentiam: nisi is cui se iunxerat de mundo recesserit; Si enim de hominibus hæc ratio custoditur. ut quęcumque uiuente uiro alteri nupserit habeatur adultera. nec ei agendę poenitentię licentia concedatur nisi unus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est. quę ante inmortalis se sponso coniunxerat. et postea ad humanas nuptias transmigravit;

Kerff: 4.46

Source PHAL.800.4.19 — cf. DINN.401.286, c. 15 (ed. Coustant, cols 754C–55A)³²

XLVIII. DE VIRGINIBVS NON VELATIS SI DEUIAVERINT. CUIVS SVPRA.

Hæ uero quę necdum sacro uelamine tactę. tamen in proposito uirginali semper se simulauerint permanere: licet uelatę non fuerint. si forte nupserint. his agenda aliquanto tempore penitentia est quia sponsio eius a domino tenebatur;

Kerff: 4.47

Source PHAL.800.4.20 — DINN.401.286, c. 16 (ed. Coustant, col. 756A), partial

[f. 136r] XLIX. VT NVLLVS ABSQVE TESTIBVS LOQVATVR VIRGINIBVS. EX CONCILIO EXPALENSE.

Hæc circa omnis cautela seruetur ut remoti a peculiaritate uirginum. nec usque ad uestibulum habeant accedendi familiare permissum; Sed neque uirum ecclesiasticum qui sororibus præest extra eam quę præest. loqui uirginibus christi aliquid quod ad institutionem morum pertinet licebit; Nec cum sola quę præest frequenter eum conloqui oportet: sed sub testimonio duarum aut trium sororum. Ita ut rara sit accessio. breuis locutio. sed ut iussa regulę uel canonum ammonent. longe discretas. atque se iunctas eorum tantum easdem gubernaculis deputamus;

Kerff: 4.48

³² Coustant's text differs here somewhat from Halitgar's.

Source *BEN.AN. Cod.reg. 'Conc.Hispal.'* (eds Holste–Brookie, 404–05) — CSEV.619.11 | *partial, abbrev.*

L. QVALITER HIS QVI PREEST LOQVATVR SACRIS VIRGINIBVS QVOD AD EDIFICATIONEM PERTINENT.

Non oportet eum qui preest. extra eam que preest sororibus loqui aliquid quod ad edificationem pertinet uirginibus. secundum apostoli preceptum omnia uestra honeste. et secundum ordinem fiant {1 Cor 14:40}; Et non conuenit eum. qui preest. cum ea que sororibus preest. frequenter loqui. sed quantum fieri potest rarius uidendo et breuis sermocinationem finiendo;

Kerff: 4.49

Source *BEN.AN. Cod.reg. 197–98* (eds Holste–Brookie, 107) — *BASIL–RVFINVS Regula, 197–98* (ed. Zelzer, 215–16) | *abbrev., adapted*

LI. QVALITER SANCTIMONIALES FEMINE SINT VISITANDÆ. ET CVM QVA CAVTELA FIAT CVM EIS CONLATIO. EX RECVLADE VOTORVM. {sic}

Nemo ad eas uadat uisitandas: nisi qui habet ibi matrem uel sororem et propinquas et his similia; Si autem necessitas fuerit [f. 136v] ut uideant eas: mittant hi qui ecclesiis dei presunt. cum illis uiros probate ætatis. ac uite: uidebunt eas et pariter reuertantur; Cumque eas uiderint non eis loquantur de rebus secularibus; Quicumque de his mandatis preterierit absque ulla retractione neglegentiæ atque contemptus agat publice penitentiam. ut possidere ualeamus regna cælorum;

Kerff: 4.50

Source *BEN.AN. Cod.reg. 'Reg.devot.'* (eds Holste–Brookie, 187, and cf. 404) — *ISIDORE, Regula, 24* ('De regula devotarum') (PL 83, cols 893C–894B n.)³³ | *abbrev.*

LII. QVALITER AD VIDVAS VEL VIRGINES SIT ACCEDENDVM. EX CONCILIO CARTAGINENSI.

Vt clerici uel continentes ad uiduas uel uirgines nisi ex iussu uel permissu episcoporum aut presbiterorum non accedant: et hoc non soli faciant: sed cum clericis aut cum his cum quibus episcopus. aut presbiter iusserit; Nec ipsi episcopi. aut presbitri soli habeant accessum. ad huiusmodi feminas: sed aut ubi clerici presentes sunt aut graues aliqui christiani;

Kerff: 4.51

Source *CCAR.397.24* (= *Reg.eccl.Cart.exc. 38; Carthage III, 25*)

LIII. DE HIS QVI ADVLTERAS HABENT VXORES VEL SI IPSI ADVLTERI CONPROBANTVR. EX CONCILIO ANCYRANO.

Si cuius uxor adulterata fuerit. uel si ipse adulterium commiserit. septem annorum penitentia oportet eum perfectionem consequi. secundum pristinos gradus. in pane et aqua. III. dies. in ebdomada;

Kerff: 4.52

Source (to gradus) *Coll.Dach. 1.55; PHAL.800.4.9 — CANC.314.19* (Dion.II)

³³ The relevant passage of Isidore's *Regula* is not printed by Campos in *Reglas monásticas de la España visigoda*.

Source (from in pane) unidentified, but cf. PTHU.700.1,2.1

LIIII. EX CONCILIO BRACHARENSE. VT SVPRA.

Si cuius uxor adulterium fecerit aut uir in alienam uxorem inruerit. VII. annos. poeniteat. III. districtę. IIII. leuius; Laicus maculans uxorem uirginem. uel proximi sui. annos. V. cum pane et aqua sine propria uxorem {uxore corr.} poeniteat;

Kerff: 4.53

Source (to annos poeniteat) Coll.Dach. 1.88; PHAL.800.4.13 — CBRA.572.76

Source (III districte IIII leuius) unidentified

Source (from laicus) PCUM.600.2.23

[f. 137r] **LV. DE FEMINIS QVÆ CONSCIIS MARITIS ADVLTERANT. EX CONCILIO HELIBERITANO.**

Si conscio uiro uxor fuerit moechata. placuit nec in finem dandam ei esse communionem. Si uero etiam reliquerit post decem annos accipiat communionem;

Kerff: 4.54

Source Coll.Dach. 1.86 — CELV.300.70, first sentence

LVI. DE EO QVI VXOREM HABENS SEPIVS MOECHATVR. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Si quis fidelem habens uxorem non semel sed sepe fuerit moechatus in fine mortis est conueniendus; Quod si se promiserit cessaturum detur ei communio: si resuscitat rursus fuerit moechatus placuit ulterius non ludere eum de communionem pacis;

Kerff: 4.55

Source Coll.Dach. 1.82 — CELV.300.47

LVII. DE VIRI CONIVGATIS POSTEA IN ADVLTERIO LAPSIS. EX CONCILIO QVO SVPRA.

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus. placuit eum per quinquennium agere de ea re poenitentiam. et sic reconciliari: nisi necessitas infirmitatis cogerit ante tempus dare communionem; Hoc et circa feminas obseruandum est;

Kerff: 4.56

Source Coll.Dach. 1.83 — CELV.300.69

LVIII. DE FIDELIBVS CONIVGATIS SI CVM IUDEA VEL GENTILE MOECHAVERINT. QVO SVPRA.

Si quis fidelis habens uxorem cum iudea uel gentile fuerit moechatus. a communionem arceatur; Quod si alius eum detexerit. post quinquennium acta legitima poenitentia poterit dominicę sociari communionem;

Kerff: 4.57

Source Coll.Dach. 1.87 — CELV.300.78

**LIX. DE HIS QVI ADVLTERAS VXORES. AVT QVI VIROS ADVLTEROS
DIMITTVNT. SIC MANEANT. EX EDICTIS AVGVSTINI.**

[f. 137v] Vir si dimiserit uxorem causa fornicationis quam dominus exceptam esse uoluit {cf. Mt 5:32}: sicut nec mulieri nubere conceditur uiuo uiro a quo recessit: ita nec uiro alteram ducere licet uiua uxore quam dimisit;

Kerff: 4.58

Source AVG. De serm.dom.in monte, 1.14, 39 (ed. Mutzenbecher, 42–3, lines 923–26), partial, adapted

LX. HIERONIMI PRESBITERI. VT SVPRA.

Ait dominus in euangelio. quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit moechatus: et qui dimissum duxerit moechatur {Mt 19:9}; Sola fornicatio est. que uxoris uincit affectum. immo cum illa unam carnem in aliam diuiderit. et se fornicatione separauerit a marito. non debet teneri: ne uirum quoque sub maledicto faciat. dicente scriptura. qui adulteram tenet stultus et impius est {Prv 18:22}; Vbicumque est igitur fornicatio. aut fornicationis suspicio. libere uxor dimittitur. et quia poterit {poterat corr.} accidere ut aliquis calumpniam faceret innocenti. et ob secundam copulam nuptiarum ueteri crimen inpingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem. ut secundam prima uiuente non habeat; Quod enim dicit tale est. si non propter libidinem. sed propter iniuriam dimittis uxorem; Quare expertus infelices priores nuptias nouarum te inmittis periculo? nec non quia poterat euenire ut iuxta eandem legem uxor quoque marito daret repudium cum eadem cautela precipitur. ne secundum accipiat uirum: et quia meretrix et que semel fuerat adultera obprobrium non timebat. secundo non nubere precipitur uiro: quod si talem duxerit sub adulterii [f. 138r] crimine sit;

Kerff: 4.59

Source JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 3, vers. 19:9 (eds Hurst–Adriaen, 167, lines 761–80)

**LXI. DE HIS QVI VXORES AVT³⁴ QVE VIROS DIMITTVNT VT SIC MANEANT EX
CONCILIO AFRICANO.**

Placuit ut secundum euangelicam disciplinam neque dimissus ab uxore: neque dimissa a marito alteri coniungantur. sed ita maneant aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint ad poenitentiam redigantur; In qua causa legem imperialem petendam promulgamus;

Kerff: 4.60

Source Coll.Dach. 1.74; cf. PHAL.800.4.10, which lacks the phinal sentence — Reg.eccl.Cart.exc. 102 (= Conc.Milev. 17)

LXII. DE ADVLTERIS INNOCENTII PAPÆ.

Qua {sic} uiuente uxore quam admisit duxerit aliam. et qui dimissam duxerit uterque adulter est; Secundum illud euangelicum. qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit moechatur.³⁵ Similiter

³⁴ AVT] VIT with macron over V

³⁵ moechatur] moechat' as if moechatus

et qui *missam* {sic} *duxerit moechatur* {Mt 19:9}. et ideo *omnium a communione fidelium* abstinendos;

Kerff: 4.61

Source *Coll.Dach. 1.73, partial; PHAL.800.4.11, partial — DINN.401.293, c. 6 (ed. Wurm, 73, lines 5–12) | abbrev., adapted*

LXIII. DE FEMINIS QVAE RELICTIS SVIS ALIIS NVBVNT. EX CONCILIO HELIBERTINO.

Femine quę nulla precedente causa relinquerint uiros suos: et alteris se copulauerint. nec in finem accipiant communionem.

Kerff: 4.62

Source *Coll.Dach. 1.75 — CELV.300.8*

LXIII. DE FEMINIS QVAE ADVLTEROS RELINQVVNT ET ALIIS NVBVNT. EX CONCILIO QVO SVPRA.

Item femina *fidelis* quę *adulterum* *maritum* reliquerit *fidelem* et *alterum* ducit *prohibeatur* ne ducat. se *duxerit non* prius accipiat *communione*: nisi quem reliquit de *seculo* exierit: nisi forte *necessitas infirmitatis* dare compulerit;

Kerff: 4.63

Source *Coll.Dach. 1.76 — CELV.300.9*

LXV. TESTIMONIVM DE LEGE IMPERATORIS ANTONINI CONTRA [f. 138v] EXCVSATIONEM MARITORVM ADVLTERANTIVM. EX LIBRO SANCTI AGVSTINI SI ADVLTERINIS CONIVGIBVS AD POLLENTIVM SECVNDO.

Inter uirum et uxorem. par pudicitie seruetur forma; Imperator antoninus. *non utique christianus* de hac re constituit ubi *maritus uxorem* de adulterii crimine accusare *non finitur*. cui moribus suis non prebuit castitatis exemplum. Ita ut ambo dampnentur. si ambos pariter inpudicos conflictus ipse conuicerit;

Kerff: 4.64

Source *AVG. De adulterinis coniugiis libri II, 2.8 (in Sancti Aureli Augustini De fide et symbolo, ed. J. Zycha, CSEL 41 [Vienna, 1900], 347–410, at 389), partial, abbrev.*

LXVI. DE HIS QVI PROXIMIS SE COPVLANT VT COMMVNIONE CHRISTI SEPARENTVR. EX CONCILIO TOLETANO.

Salubriter hæc precauenda sancimus: ne quis *fidelium propinquam* sanguinis sui usquequo adfinitatis liniamento generis successione cognoscat nec in matrimonio sibi desideret copulari; Si quis ergo huius decreti temerator extiterit ac uetum uiolare *presumpserit*: tantum grauiori se multandum sententia recognoscat: quanto et *propinquiorem* cui copulari se maluit suę originis esse *non* ambigit; Tanto annosiore excommunicationis tempore *christi* corpore ac fraternitatis consortio sequestretur: quanto fuerit *propinquioris* sanguinis contagione pollutus;

Kerff: 4.65

Source *Coll.Dach. 1.91; cf. PHAL.800.4.21 — CTOL.527.5 | partial, abbrev.*

LXVII. DE HIS QVI DVOBVVS FRATRIBVS NVP SERINT VEL DVAS SORORES VXORES ACCEPERINT. EX CONCILIO NEOCESARIENSE.

Mulier si duobus fratribus nupserit abiciatur usque ad mortem: [f. 139r] uerumtamen in exitu propter misericordiam si promiserit quod facta incolomis huius coniunctionis uincla dissoluat fructum penitentię consequatur; Quod si defecerit mulier aut uir in talibus nuptiis difficile erit penitentia in uita permanenti;

Kerff: 4.66

Source

Coll.Dach. 1.89; PHAL.800.4.14 — CNEO.315.2 (Dion.II)

LXVIII. DE INCESTIS VT QVAMDIV IN SCELERE SVNT INTER CATICVMINOS HABEANTVR. EX CONCILIO HELIBERTANO.

De his qui se incerti pollutione commaculant. placuit ut quousque in ipso detestando aut inlicito carnis contubernio perseuerant: usque ad missam tantum caticuminorum in ecclesia admittantur; Cum quibus etiam nec cibum sumere ulli christianorum sicut apostolus iussit oportet;

Kerff: 4.67

Source

Coll.Dach. 1.90 — CLER.546.4

LXIX. GREGORII PAPÆ DE INCESTIS.

Si quis monacham quam dei ancillam appellant in coniugium duxerit anathema sit; Si quis commatrem spiritalem duxerit in coniugiem anathema sit; Si quis fratris uxorem {duxerit add. sup. lin.} in coniugiem anathema sit; Si quis neptam duxerit in coniugiem anathema sit; Si quis nouercam aut nurum suam duxerit in coniugiem anathema sit; Si quis consobrinam duxerit in coniugiem anathema sit; Si quis de propria cognatione uel quam cognatus habuit duxerit uxorem anathema sit; Si quis uiduam furatus fuerit in uxorem uel consentientibus ei anathema sit; Si quis uirginem nisi disponsauerit furatus fuerit in uxorem uel consentientibus ei anathema sit; Si quis ariolis aruspibus uel incantatoribus obseruauerit aut philacteria usus fuerit anathema sit; Qui³⁶ uxorem habet;

Kerff: 4.68

Source

PHAL.800.4.22; cf. Coll.Dach. 1.93 — CROM.721.3–12, abbrev.

[f. 139v] **LXX. SIMVL ET CONCVBINAM. EX CONCILIO TOLETANO.**

De eo qui uxorem habet si concubinam habuerit non communicet; Cæterum is qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habet a communitio non repellatur: tantum aut unius mulieris. aut uxoris. aut concubineę ut ei placuerat {uel i gl. sup. lin. (i.e. uel placuerit)}. sit coniunctione contentus. Alias uero uiuens abiciatur donec desinat: aut penitentiam reuertatur;

Kerff: 4.69

Source

PHAL.800.4.12; cf. Coll.Dach. 1.81 — CTOL.397.17

³⁶ qui uxorem habet] recte from the beginning of the rubric for the next canon

LXXI. DE RAPTORIBVS. EX CONCILIO SIMACHI PAPÆ.

Raptores igitur uiduarum uel uirginum ob inmanitatem tanti facinoris detestantur: illos uehementius persequendo: qui sacras uirgines uel uolentes uel inuitas matrimonio suo sociari temptauerit. quos *pro* tam nefandissimi criminis atrocitate a *communione* suspendi precipimus;

Kerff: 4.70

Source

PHAL.800.4.16; Coll.Dach. 1.69 — DSYM.498.764, c. 4 (ed. Thiel, 725)

LXXII. DE HIS QVI RAPIVNT PVELLAS. EX CONCILIO CALCIDONENSE.

Eos qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi cooperantes. aut conibentes raptoribus: decreuit *sancta sinodus* ut si quidem clerici sunt decidant gradu proprio. Si uero la[*]ici {laici *corr.*} anathematizentur;

Kerff: 4.71

Source

PHAL.800.4.17; Coll.Dach. 1.70 — CCHA.451.27 (Dion.I/II)

LXXIII. DE DISPONSATIS PVELLIS ET AB ALIIS CORRVPPTIS. EX CONCILIO.

Desponsatas puellas. et post ab aliis raptas: placuit erui. et eis reddi quibus ante fuerant desponsatæ. etiam si eis a raptoribus uis inlata constiterit;

Kerff: 4.72

Source

PHAL.800.4.18; Coll.Dach. 1.71 — CANC.314.10 (Dion.II)

LXXIII. QVOD NON LICEAT ALTERIVS SPONSAM AD MATRI[f. 140r]MONIVM IVRA SORTIRI. EX EPISTOLA SYRICI PAPÆ.

Vt nemo desponsatam puellam alteri in matrimonium accipiat: modis omnibus inhiemus: quia illa benedictio quam nupturę sacerdos inponit apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est. si ultra transgressione uioletur;

Kerff: 4.73

Source

PHAL.800.4.15; Coll.Dach. 1.68 — DSIR.384.255, c. 5 (ed. Coustant, col. 628B) | first sentence adapted

LXXV. VT NVLLVS CLERICORVM AD NVPTIAS PERGAT. IN STATVTIS SENIORVM.

Ad conuiuium nuptiale clericorum nullus accedat: ne per lasciuiam sæcularium que sunt saeculi recognoscat: et quod absit ad mundi huius uitam: et si non corpore animo reuocetur sicut dixit beatissimus cyprianus. adulterium dum uidetur et discitur;

Kerff: 4.74

Source

BEN.AN. Cod.reg. 13 (eds Holste–Brockie, 183), partial — Reg.monast.Tarnatensis, 13.1 | quoting Cyprian's Ad Donatum 1.8 (in S. Thasci Caecili Cypriani opera omnia, 3 vols, ed. W. Hartel, CSEL 3.1–3 [Vienna, 1868–1871], I, 10, line 4)

LXXVI. VT CLERICI VEL CONTINENTES AD VIRGINES VEL AD VIDVAS NON ACCEDANT. EX CONCILIO AFRICANO.

Clerici uel continentes ad uirgines uel uiduas nisi iussu uel permissu episcoporum non accedant;

Kerff: 4.75

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Source PHAL.800.5.11 — CCAR.397.24 (= Reg.eccl.Cart.exc. 38; Carthage III, 25), first sentence

LXXVII. DE CLERICIS VEL MONACHIS NON MANENTIBVS IN SVO PROPOSITO. EX CONCILIO CALCIDONENSE.

Qui semel in clero deputati *sunt* aut monachorum uitam expetierunt: statuimus neque ad militiam. neque ad dignitatem aliquam uenire mundanam: aut hoc temptantes et non agentes pænitentiam cominus redeant ad hoc quod primitus elegerunt anathematizentur;

Kerff: 4.76

Source PHAL.800.5.12; Coll.Dach. 1.50 — CCHA.451.7 (Dion.II)

LXXVIII. DE MONACHIS VEL VIRGINIBVS PROPOSITVM NON SERVANTIBVS. EX CONCILIO CALCIDONENSE.

[f. 140v] Uirginem quę sese. domino consecrauit: similiter et monachum non licere nuptialia iura contrahere: quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes excommunicentur; Confitentibus autem decreuimus ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri;

Kerff: 4.77

Source PHAL.800.5.13; cf. Coll.Dach. 1.52, whose rubric lacks 'propositum non seruantibus' — CCHA.451.16 (Dion.III)

LXXIX. QVALITER CONIUGATVS CONVERTI DEBEAT AD MONASTERIUM.

Si quis uult coniugatus conuerti ad monasterium non est recipiendus. nisi prius a coniuge castimonia profitente fuerit absolutus. nisi illa uiuente illo per incontinentiam alteri nupserit proculdubio adultera erit: nec recipitur apud deum eiusmodi uiri conuersio: cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio; Tales igitur tunc sine culpa secuntur christum relicto saeculo: si habeant ex pari uoluntate castitate consensum;

Kerff: 4.78

Source BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore's Rule),³⁷ partial

LXXX. DE HIS QVI FORNICANTVR INRATIONABILITER ID EST QVI MISCENTVR PECORIBVS AVT CVM MASCVLIS POLLVVNTVR. EX CONCILIO ANCIRANO.

De his qui inrationabiliter uersati *sunt* siue uersantur quotquot ante. XX. annum tale crimen commiserint. XV. annis exactis in poenitentia communionem mereantur orationum; Deinde quinquennio in hac communiōe durantes: tunc demum oblationis sacramenta contingant; Discutiatur autem et uita eorum qualis tempore poenitudinis extiterit: et hii tam misericordiam consequantur; [f. 141r] Quod si inexplebiliter his hesere criminibus ad agendam poenitentiam prolixius tempus insumant; Quotquot autem peracta. XX. annorum ætate et uxores habentes hoc peccato prolapsi *sunt*. XXV. annos. poenitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum: in qua quinquennio perdurantes tunc demum oblationis sacramenta percipiant; Quod

³⁷ The relevant part of Isidore's *Regula* is not printed by Campos, who believes it to be an interpolation; cf. *Reglas monásticas*, eds. Campos–Roca, 96 n. to line 100.

et si uxores habentes et transcendentis. L. annum ætatis ita delinquerint: ad exitum uite communionis gratiam consequantur;

Kerff: 4.79

Source

PHAL.800.4.7; Coll.Dach. 1.53 — CANC.314.15 (Dion.II)

LXXXI. DE HIS QVI IN PECVDES VEL MASCVLOS AVT OLIM POLLVTI SVNT AVT ACTENVS HOC VITIO TABESCUNT. EX CONCILIO ANCIRANO.

Eos qui inrationabiliter uixerunt et lepra iniusti criminis alios polluerunt precepit sancta sinodus inter eos orare qui spiritu periclitantur inmundo.

Kerff: 4.80

Source

PHAL.800.4.8; Coll.Dach. 1.54 — CANC.314.16 (Dion.II)

LXXXII. DE MONACHIS ET CLERICIS ADOLESCENTIVM CONSECTORIBVS.

Monachus paruulorum aut adolescentium consector: uel qui osculo uel qualibet occasione reprehensus fuerit inihiare: conprobata patenter per accusatores uerissimos siue testes causa publice uerberetur; Coronam capitis quam gestat ammittat: decaluatusque turpiter obprobrio pateat: omniumque sputamentis oblitur in facie: probraque eque suscipiat: uinculisque artatus ferreis carceralis ex mensibus angustia maceretur: et triduana per ebdomas singulas refectione [f. 141v] panis exigui hordeacii uespertino tempore subleuetur; Post deinde expletis his mensibus aliis sex mensibus succedentibus sub senioris spiritalis custodia segregata in curtricula degens operi manuum et oratione continuo sit contentus uigiliis et fletibus et humilitate subiectus: et poenitentię lamenta ueniam precipiat: et sub custodia semper et sollicitudine duorum spiritalium fratrum ambulet nulla priuata locutione uel consilio deinceps iuuenibus coniungendus;

Kerff: 4.81

Source

BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 205), partial; SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.2 (eds Spannagel–Engelbert, 224, lines 13–26) — FRVCT. Regula 15 (ed. Campos, 154–55, lines 313–325)

LXXXIII. VNDE SVPRA ISIDORI EPISCOPI.

Si quis ex iuuenibus uel quęcumque persona infirma. et imperfecta: ac suspiciosa: uel non bene credita cum paruulis iocauerit. uel riserit. uel eos osculauerit: uel cum altero in uno lecto iacuerit: diuturna pænitentia expurgetur: secundum prioris arbitrium;

Kerff: 4.82

Source (to credita)

unidentified

Source (from cum paruulis)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, p. 222, line 28–p. 223, line 2); cf. BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 195)³⁸ — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, 116–17, lines 432–37) | abbrev., adapted

LXXXIII. VNDE SVPRA.

³⁸ Holste–Brockie’s text lacks the clauses on laughing and kissing.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Si deprehensus fuerit aliquis de *fratribus* libenter cum pueris ridere. et ludere: et habere: amicitias ætatis infirme: ammoneatur ter ut recedat ab eorum necessitudine. et memor sit honestatis et timoris dei. Si non cessauerit corripatur correptione seuerissima;

Kerff: 4.83

Source *BEN.AN. Cod.reg. 166 (eds Holste–Brockie, 35) — PACH.–JEROME, Praec.atque iudic. 7 (ed. Boon, 66, lines 10–15)*

LXXXV.

Monachus faciens fornicationem. VII. annos poeniteat; Si uero monachus querens fornicationem et *non* inueniens annum unum et dimidium pæniteat;

Kerff: 4.84

Source *PECG.700.5.11–12*

LXXXVI.

[f. 142r] Si quis clericus fornicationem fecerit ut antiquorum canonum decreta iubent poenitentiam agat;

Kerff: 4.85

Source *unidentified*

LXXXVII. DE HOMICIDIIS EX CONCILIO ANCYRANO.

Qui uoluntarię homicidium fecerint poenientię quidem iugiter se submittant: perfectionem uero circa uite exitum consequantur;

Kerff: 4.86

Source *Coll.Dach. 1.101; PHAL.800.4.1 — CANC.314.21 (Dion.II)*

LXXXVIII. DE HIS QVI NON SPONTE HOMICIDIUM COMMISERINT. EX CONCILIO HELIBERITANO.

De homicidiis *non* sponte commissis prior quidem definitio post septennem poenitentiam perfectionem consequi precepit: Secunda uero quinquenii tempus explere;

Kerff: 4.87

Source *Coll.Dach. 1.102; PHAL.800.4.2 — CANC.314.22 (Dion.II)*

LXXXIX. DE ROMANO PÆNITENTIALI.

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus homicidium fecerit. X. annos. III. in pane et aqua ex his; Si quis ad homicidium consenserit et factum fuerit. VI. annos pæniteat. Si uero factum non fuerit. III. annos pæniteat;

Kerff: 4.88–9

Source (to ex his) *PHAL.800.6.1 — PME.A.700.165 (Me1) (= PFLO.700.1, partial; POXI.700.1 [specifying 6 years]; PSLE.700.1)*

Source (from si quis ad) *PHUB.700.3 (specifying 7 years); cf. PHAL.800.6.3³⁹*

³⁹ PHAL.800 6.3 substitutes *tres ex his in pane et aquae* for the final sentence.

XC. ITEM.

Qui homicidium casu fecerit. id est non uolens. VI. annos pēniteat; Si clericus homicidium fecerit et proximum suum occiderit. XV. annos pæniteat. Si odii meditatione et furoris laicus homicidium fecerit. IIII^{or}. annos. uel. V. uel. VII. pæniteat.

Kerff: 4.90–1

Source (to pēniteat) PECU.700.6.13, partial (= PBUR.700.2, partial; PHUB.700.2; PPAS.700.1, partial | specifying 5 or 7 years

Source (si clericus ... fecerit) PBUR.700.1, first sentence (= PBOB.700.1, first sentence; PME.A.700.1, first sentence); cf. PECU.700.6.12⁴⁰ | specifying 10 years

Source (odii meditatione) PECU.700.6.5 — PTHU.700.1,4.4 | partial

Source (from et furoris) unidentified

XCI. DE ROMANO PÆNITENTIALI.

Si quis infantem oppresserit. V. annos pæniteat. III. ex his in pane et aqua;

Kerff: 4.92

Source PHAL.800.6.5, partial — PBUR.700.19 (~ PFLO.700.18, partial; PME.A.700.18 | specifying 3 years (1 on bread and water)

XCII. DE HIS QUI PARTVS SVOS EX FORNICATIONE DIVERSIS MODIS INTERIMVNT. EX CONCILIO ANCYRANO.

De mulieribus qui fornicantur et partus suos necant. uel quos [f. 142v] agunt secum in utero conceptos⁴¹ excutiant. antiqua quidem difinitio usque ad exitum uitę eas ab ecclesia remouet: humanius autem nunc definimus: ut eis. X. annorum tempus secundum prefixos gradus poenitentię⁴² largiamur;

Kerff: 4.93

Source Coll.Dach. 1.100; PHAL.800.4.3 — CANC.314.20 (Dion.II)

XCIII. SI DOMINA PER ZELVM ANCILLAM OCCIDERIT. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Si qua femina furore zeli accensa flagellis uerberauerit ancillam: ita ut infra tertium diem animam cum cruciatu effundat: et quod incertum sit uolumptate an casu occiderit: si uolumptate post. VII. annos si casu post quinquenii; Item post acto legitime poenitentia a communionem placuit abstinere quod si infra tempora constituta fuerit infirmata: accipiat communionem;

Kerff: 4.94

Source Coll.Dach. 1.103; PHAL.800.4.5 — CELV.300.5

⁴⁰ PECU.700.6.12 lacks the clause on killing one's neighbour.

⁴¹ conceptos] concept' as if conceptus

⁴² poenitentię] poenit, with macron over t, as if poeniteat

XCIII. SI QVICVMQVE PER MALEFICIVM HOMINEM INTERFECERIT. EX CONCILIO QVO SVPRA.

Si quis uero *per* maleficium interficat {interficiat *corr.*} alterum eo quod sine idolatria perficere scelus *non* potuit ne in finem *pertinendam* illi communionem;

Kerff: 4.95

Source

Coll.Dach. 1.104 — CELV.300.6

XCV. ITEM DE EADEM RE.

Si quis maleficio suo aliquem *perdiderit*. VI. annos *poeniteat*. et elemosinas multas faciat;

Kerff: 4.96

Source

PHUB.700.10

XCVI. DE HIS QVI SIBI QVACVMQVE NECLEGENCIA MORTEM INFERVNT EORVM COMMEMORATIO IN OBLATIONE NON FIAT; SIMILITER ET DE HIS QVI PRO SVIS SCALERIBVS PVNIVNTVR. EX CONCILIO BRACHARENSE.

Placuit ut hi qui sibi ipsis aut *per* ferrum. aut *per* uenenum. aut *precipitium*. aut *suspendium*. uel quolibet modo uiolentia *inferunt* mortem: nulla illis in ob[f. 143r]latione *commemoratio* fiat: neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur; Multi enim sibi *per* ignorantiam *usurparunt*. similiter et de his placuit qui *pro* suis sceleribus puniuntur;

Kerff: 4.97

cf. A5, fol. 178v

Source

Coll.Dach. 1.105; cf. PHAL.800.4.6, whose rubric lacks 'eorum commemoratio in oblatione non fiat' — CBRA.561.16

XCVII. DE HOMICIDIS VEL FALSIS TESTIBVS. EX CONCILIO AGATENSE.

Itaque censuimus homicidas et falsos testes a *communione*. ecclesiastica submouendus nisi *pænitentię* satisfactione crimina admissa diluerint;

Kerff: 4.98

cf. Coll.quad. 4.131

Source

Coll.Dach. 1.106; cf. PHAL.800.4.30 — CAGD.506.37

XCVIII. DE HIS QVI SERVOS SVOS EXTRA IUDICEM NEGANT. EX CONCILIO QVO SVPRA.

Si quis *seruum proprium* sine conscientia iudicis occiderit *excommunicationem* uel *pænitentia* biennii reatum sanguinis emundabit;

Kerff: 4.99

Source

Coll.Dach. 1.107; PHAL.800.4.4 — CEPA.517.34 (= CAGD.506.62)

XCIX.

Si quis occiderit monachum uel clericum arma relinquat et deo seruiat. VI. annos *pæniteat* elemosinas multas faciat;

Kerff: 4.100

Source (to pæniteat)

PECU.700.6.4 — PTHU.700.1.4.5 | partial

Source (from *elemosinas*) *unidentified*

C.

Qui per poculum aut per artem aliquam malam occiderit hominem. VI. annos pæniteat;

Kerff: 4.101

Source *PECU.700.6.8 — PTHU.700.1,4.7, partial, adapted*

CI.

Si mater filium suum occiderit. XII. annos pæniteat et numquam mutet nisi in die dominico;

Kerff: 4.102

Source *PECU.700.6.9 — PTHU.700.1,14.25*

CII.

Mulier pauperrima. VII. annos pæniteat;

Kerff: 4.102

Source *PECU.700.6.10 — PTHU.700.1,14.26, partial*

CIII.

Mulier si occiderit filium suum in utero. ut superius in ancirano concilio definitum est pæniteat uel certe ut alii uolunt. III. annos pæniteat.

Kerff: 4.103

Source *PECU.700.6.11, adapted; cf. PTHU.700.1,14.27*

Source (ut superius ... uolunt) *unidentified, but cf. CANC.314.20*

CIII.

Cuius paruulus in neglegentia sine baptismo mortuus fuerit. III. annos pæniteat. I. ex his in pane et aqua;

Kerff: 4.104

Source *PECU.700.6.19 — PCUM.600.2.32*

CV.

Si laicus infantem suum occiderit. anno. I. in pane et aqua [f. 143v] poeniteat. et. II. a uino et carne;

Kerff: 4.105

Source *PECU.700.6.20, partial*

CVI.

Si mulier aborsum fecerit uoluntarię. III. annos in pane et aqua;

Kerff: 4.106

Source *PECU.700.6.21 — PBUR.700.35 (= PBOB.700.31 [specifying 3 years, 1 on bread and water]; PMEA.700.33 [Me1]; PMEB.700.26; PFLO.700.32 [specifying 1 year]; POXI.700.30; PPAS.700.27)*

CVII. HOMICIDIS PÆNITVS NON COMMVNICANDVM. EX CONCILIO TORONENSE.

Homicidis poenitus *non communicandum*. donec *perfessionem* pēnitentię ipsorum crimina diluantur.

Kerff: 4.107

Source

CTOU.461.7

CVIII. DE HIS QVI SACRAMENTO SE OBLIGANT NE AD PACEM REDEANT. EX CONCILIO HILERDENSE.

Qui sacramento se obligauerit ut litigans in quolibet ad pacem nullo modo redeant *pro periurio*. I. annos a *communione corporis et sanguinis domini* segregetur; Reatum suum elemosinis et flētibus quantis potuerit in ieiuniis absoluat; Ad caritatem uero quę operit multitudinem peccatorum {1 Pt 4:8} celeriter uenire festinet;

Kerff: 4.108

Source

Coll.Dach. 1.111; PHAL.800.4.33 — CLER.546.7

CVIII. DE HIS QVI AGERE ALIQVIT DEFINIUNT QVOD NON PLACEAT DEO BASILII EPISCOPI.

Si quis *preuentus* fuerit ut definiat agere aliquid quę *non* placent deo pēnitentiam agat: et quod contra mandatum *domini* statutum est irritum reuocetur;

Kerff: 4.109

Source

BEN.AN. Cod.reg. 184 (eds Holste–Brockie, 104) — BASIL–RVFINVS Regula, 184.int., 3, 5 (ed. Zelzer, 204–05) | partial, abbrev., adapted

CX. QVOD IVRAMENTVM INLICITVM. SIT CONTEMPNENDVM.

Cum iuramento pollicitus est herodes saltatrici incerteque puellę darę quodcumque postulasset ab eo {Mt 14:7}; Alioquin si ob iusiurandum fecisse se dicit. si patris. si matris postulasset interitum facturus erat an non? quod in se ergo repudiaturus fuit *contempnerę* debuit et in propheta.

Kerff: 4.110

Source

JEROME, Comm.in Mat.libri IV, lib. 2, vers. 14:7 (eds Hurst–Adriaen, 118, lines 1140–1146), abbrev.

CXI. VNDE SVPRA. BEDE PRESBITERI.

At si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit quod ob[f. 144r]seruatum scilicet peiorem uergat in *exsitium*: libere illud consilio salubriori mutant: dum nouerimus ac magis instante necessitate peiorandum nobis quam prophetando *periurio* in aliud crimen grauius esse diuertendum; Et denique iurauit dauid per dominum occidere nabal uirum stultum et impium atque omnia quę ad illum pertinerent demoliri: sunt ad primam intercessionem abigail femine prudentis mox remisit. minas reuocauit ensem in uaginam: neque aliquid culpe se tali *periurio* contraxisse doluit; Iurauit herodes dare saltatrici quodcumque postulasset ab eo {cf. Mt 14:7}: et ne *periurus* diceretur a conuiuis {conuiuis corr.}. ipsum conuiuium sanguine polluit: dum

propheteꝝ mortem saltationis se premium; Quod enim temere. et iniuste iuravit pretermittere omnino salubriter debuit;

Kerff: 4.111

Source (to premium)

BEDE, Hom.ev. 2.23 (ed. Hurst, 352, lines 110–23)

Source (from quod enim)

unidentified, but cf. Coll.Hib.A 35.5.f

CXII. DE PERIVRIO.

Quicumque enim sciens periurium perpetraverit. annos. VII. se poenitentię subdat: et ita deinceps ad communionem reuertatur;

Kerff: 4.112

Source

PHAL.800.4.28 — cf. PPAS.700.5

CXIII. VT SVPRA.

Si quis periurauerit. VII. annos poeniteat et ultra non iuret;

Kerff: 4.113

Source

PHUB.700.6; cf. PHAL.800.6.22

CXIII. QVI COACTVS PERIVRAVERIT.

Qui coactus aut nesciens pro qualibet necessitate periurauerit. III. annos poeniteat. I. ex his in pane et aqua;

Kerff: 4.114

Source

PFLO.700.6; cf. PHAL.800.6.24, partial; PBUR.700.6; PHUB.700.7⁴³

CXV. QVI SVSPICATVR QVOD PERIVRIIS IN IVRAMENTO DVCITVR.

Qui suspicatur quod periuriis in iuramentum ducitur et tamen iurat per consensum. III. annos poeniteat;

Kerff: 4.115

Source

PECU.700.5.8 — PCUM.600.3.11

CXVI. ITEM IN ROMANO PÆNITENTIALI.

[f. 144v] *Si quis periurauerit per cupiditatem totas res uendat et pauperibus det: et tondatur: et intret in monasterio et ibidem deo in ieiuniis. fletibus. et orationibus seruiat;*

Kerff: 4.116

Source

PHAL.800.6.25 — PME.A.700.47 (Me1)

Source ('deo ... orationibus')

unidentified

CXVII.

Si quis periurium fecerit. laici. annos. III. clerici. V. presbiteri. X. episcopi. XII.

Kerff: 4.117

Source

PHAL.800.6.22–3, partial (specifying 7 years for clerics)

⁴³ PHUB.700.7 lacks the phrase on bread and water.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum: si perstiterit in uitio excommunicandum;

Kerff: 4.118

Source Coll.Dach. 3.71 — SEA 74 (= Carthage IV, 61)

CXVIII.

Qui uero cupiditate captus furtum fecerit quod abstulit reddat: et annos. V. pæniteat agat;

Kerff: 4.119

Source PHAL.800.5.29

CXVIII.

Pecunia æcclesiastica furta siue rapta reddatur quadruplum: popularia dupliciter. cuius⁴⁴ supra.

Kerff: 4.120

Source PECU.700.4.1 — PTHU.700.1,3.2

CXX.

Qui sepe furtum fecerit. VII. annos pæniteat;

Kerff: 4.121

Source PECU.700.4.5, first sentence — PTHU.700.1,3.3, first sentence

CXXI.

Si quis furtum capitale commiserit. id est quadrupedia uel casas effregerit. et quęcumque maioris presidii furatus fuerit. VII. annos pæniteat. et quod furatum est reddat;

Kerff: 4.122

Source PHUB.700.8; cf. PHAL.800.6.26

CXXII.

Si quis uero de minoribus semel aut bis furtum fecerit. reddat proximo suo; et annum. I. pæniteat in pane et aqua: et si ei reddere non potuerit. III. annos pæniteat;

Kerff: 4.123

Source PHAL.800.6.28

CXXIII.

Si quis sepulchrum uiolauerit. VII. annos pæniteat. III^{es}. ex his in pane et aqua;

Kerff: 4.124

Source PHAL.800.6.29 — PPAS.700.9/PSLE.700.14, adapted

CXXIII. DE CLERICIS SEPVLCHRIS DEMOLENTIBVS EX CONCILIO TOLETANO.

Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus. hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine uindicatur; Oportet canonibus in tali scelere proditum a cleri[f. 145r]catus ordine submoueri. et pænitię⁴⁵ triennio deputari;

⁴⁴ cuius supra] *recte from the rubric for the next canon*

Kerff: 4.125

Source

Coll.Dach. 3.66 — CTOL.633.46

CXXV. SI CLERICVS FVRTVM ÆCCLESIAE FECERIT. EX CONCILIO AGATENSE.Si clericus furtum *ęcclesię* fecerit. peregrina ei communio tribuatur. ferreoli.⁴⁶

Kerff: 4.126

Source

Coll.Dach. 3.49 — CAGD.506.5

CXXVI. DE MONACHIS FVRTVM FACIENTIBVS.Si quis monachus furtum fecerit *quod* potius sacrilegium dici potest. id censuimus ordinando. ut iunior uirgis cesus tanti criminis reus *numquam* officium clericatus excipiat: si uero iam clericus in id facinus fuerit deprehensus: nominis ipsius dignitate priuetur: cui sufficere potest *pro* actus sui leuitate impleta *pęniteat* satisfactione *communio*;

Kerff: 4.127

Source

SMARAG. *Exp.in reg.S.Ben.* 25.2–3 (eds Spannagel–Engelbert, 223, lines 30–4); BEN.AN. *Cod.reg.* 13 (eds Holste–Brockie, 17–18) — *Reg.patr.III*, 13 (ed. de Vogüé, 540)**CXXVII. DE QUALITATE FVRTI HIERONIMI PRESBITERI IN EXPLANATIONE
EPISTOLA AD TITVM.**Fur *autem* non solum in maioribus sed *ętiam* in minoribus iudicatur; Non enim *quod* furto ablatum est sed mens furantis adtenditur: quomodo in fornicatione et in adulterio. *non* idcirco diuersa sit fornicatio aut adulterium. si pulchra *uel* deformis aut pauper sit meretrix *uel* adultera: sed *qualiscumque*. illa fuerit: una *est*. fornicatio et adulterium; Ita et in furto *quantumcumque* quis abstulerit furti crimen incurrit;

Kerff: 4.128

Source

JEROME, *Comm.in IV ep.Paul., ad Tit. vers.* 2:9–10 (PL 26, col. 585D), *partial***CXXVIII. QVOD TOLLENDO AB EGIPTIIS AVRVM NON FECERVNT FVRTVM
ISRAHILITE. ET NE QVIS HOC SVMAT AD EXEMPLVM AD EXPOLIANDVM ISTO
MODO PROXIMVM. EX LIBRO QVESTIONVM EXODI SANCTI AGVSTINI
EPISCOPI.**Dixit *dominus* ad moysen. loquere ad *proximum*. et mulier a *proxima* [f. 145v] uasa argentea et aurea et uestem petat {Ex 3:22}. Non hinc quisque *sumendum* exemplum putare debet ad *expoliandum* isto modo *proximum*; Hoc enim *deus* iussit qui nouerat quid quemque pati oportet; Nec *israhelitę* fecerunt sed deo iubenti *ministerium* prebuerunt. *quemadmodum* cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi: *profecto* si id sponte faciat homicida est *ętiam* si eum occidat quem scit a iudice debuisse;

Kerff: 4.129

Source

AVG. *Quaest.in Hept., Exod.* 39 (ed. Fraipont, 84–5, lines 526–35), *partial, abbrev.*⁴⁵ pęnitentię] pęnit, with macron over t, as if pęniteat⁴⁶ ferreoli] *recte* from inscription for the next canon

CXXVIII. QVOD IN FVRTVM SIT ET RAPINAM EX LIBRO QVESTIONVM EXODI SANCTI AGVSTINI EPISCOPI.

Poenale est occulte auferre multo maioris poenę est uisibiliter eripere; Auferre ergo nolenti siue occulte. siue palam habet preceptum suum: furti enim nomine bene intellegitur omnis inlicita usurpatio rei alienę; Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit: sed utique sub furti nomine in lege ueteris testamenti et rapinam intellegi uoluit; Aperte enim totum significauit. quicquid inlicite rerum proximi aufertur;

Kerff: 4.130

Source (to preceptum suum)

AVG. Serm.de vet.test. 8 (ed. Lambot, 89–90, lines 285–88)

Source (from furti enim)

AVG. Quaest.in Hept., quaest. Exodi, 71 (ed. Fraipont, 105. lines 1230–33)

CXXX. DE FALSIS TESTIBVS. EX CONCILIO AGATENSE.

Falsos testes a communione ecclesiastica submouendos: nisi penitentię satisfactione crimina admissa diluerit;

Kerff: 4.131

cf. Coll.quad. 4.98

Source

PHAL.800.4.30; cf. Coll.Dach. 1.106 — CVAN.461.1 (= CAGD.506.37)

CXXXI. DE FALSIDICIS ET PERIVRIS AC FVRTIBVS. EX EDICTIS ISIDORI EPISCOPI.

Si quis falsum dixerit uel periurauerit. seu furatus. fuerit diuturna et longa pænitentia purgetur;

Kerff: 4.132

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, p. 222, line 24–p. 223, line 2); BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 195), partial — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, p. 116, line 427–p. 117, line 437) | abbrev., adapted

CXXXII. ITEM.

[f. 146r] Si quis personam innocentis falso crimine maculauerit iuxta arbitrium prioris modumque peccati superiori sententię subiacebit; Quidam longe ante nos presul sanctissimus etiam in minori excessu tribus mensibus uespertinis solummodo horis his ex unciis ordeacii panis aquę paruęque mensura sustentare iudicauit poenitentem;

Kerff: 4.133

cf. Coll.quad. 4.176

Source (to prioris)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, p. 222, line 25–p. 223, l., 2); BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 195), partial — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, p. 116, line 428–p. 117, line 437) | abbrev., adapted

Source (modumque ... subiacebit)

unidentified

Source (from quidam longe)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 23.5 (eds Spannagel–Engelbert, 281, lines 5–8); BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 205), partial — FRVCT. Regula 15 (ed. Campos, 154, lines 307–10) | abbrev., paraphr.

CXXXIII. DE DELATORIBVS. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Delator si quis extiterit fidelis: et *per delationem* eius aliquis fuerit *prescriptus uel* interfectus. placuit eum nec in finem accipere *communione*; Si leuior causa fuerit. intra quinquennium accipere poterit *communione*; Si caticuminus fuerit post quinquennii tempora admittatur ad baptismum;

Kerff: 4.134

Source

Coll.Dach. 2.2 — CELV.300.73

CXXXIII. DE HISTRIONIBVS A COMMVNIONE REMOVENDIS. EX EPISTOLA SANCTI CYRIANI EPISCOPI AD EVCRATIVM.

Cyprianus eucratio fratri *salutem*; *Pro dilectione tua et reuerentia ut ad consulendum me existimasti frater karissime quod mihi uideatur de histrione quodam qui apud uos constitutus in eius adhuc artis suę dedecore perseuerat et magister. et doctor erudiendorum. sed perdendorum puerorum. id quod male didicit. cęteris quoque insinuat. an talis communicare debeat nobiscum. quod puto ego nec maiestati diuinę nec euangelicę disciplinę congruere. ut pudor et honor ecclesię tam turpi et [f. 146v] infami contagione foedetur;*

Kerff: 4.135

Source

CYPR. Epistola 2.1 (ed. Hartel, p. 467, line 2–p. 468, line 2)

CXXXV. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Auguriis *uel* incantationibus seruientem a conuentu *æcclesię* separandum. similiter et iudaicis *superstitionibus uel* furiis inherentem;

Kerff: 4.136

cf. Coll.quad. 4.143

Source

Coll.Dach. 1.99; cf. PHAL.800.4.27 — SEA 83 (= Carthage IV, 89)

CXXXVI. IN DECRETALI GREGORII PAPAE.

Si quis ariolis *uel* aruspiciis *uel* incantatoribus seruauerit. aut philacterio usus fuerit anathema sit. et responderunt omnes tertio anathema sit;

Kerff: 4.137

Source

Coll.Dach. 1.93, last sentence; cf. PHAL.800.4.22, last sentence — CROM.721.12

CXXXVII. DE HIS QVI DIVINATIONES EXPERINT. EX CONCILIO ANCYRANO.

Qui diuinationes expetunt. et more gentili subsecuntur. aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt: exquirendi aliquid arte malefica. aut expiandi causa: sub regula quinquennii subiaceant *secundum gradus* pænitentię difinitos;

Kerff: 4.138

Source

Coll.Dach. 1.94; PHAL.800.4.25 — CANC.314.23 (Dion.II)

CXXXVIII. DE DIVINIS ET SORTILEGIS. EX CONCILIO BRACHARENSE.

Si quis paganorum consuetudinem sequens diuinos et sortilegos in domum suam introduxerit: quasi ut malum foras mittant. aut maleficia inueniant. *uel* lustrationibus paganorum seruiant. V. annos. pæniteam agat;

Kerff: 4.139

Source

Coll.Dach. 1.95 — CBRA.561.71

CXXXVIII. QVOD SECVNDVM DIFFINITIONEM APOSTOLI PAVLI MALVM SIT. OBSERVARE DIES. MENSES. TEMPORA. ET ANNOS. SANCTI AMBROSII EPISCOPI IN EXPOSITIONE EPISTOLEꝰ AD GALATHAS.

Dies obseruatis. et menses. et tempora. et annos timeo [f. 147r] ne sine causa laborauerim in uobis {Gal 4:10–11}; Dies ergo obseruant qui dicunt utputa crastino proficiscendum est; Crastinum enim non debet aliquid inchoare et sic solent magis decipi; Hi autem colunt menses qui cursus lunę perscrutantur dicentes: utputa septima luna strumenta confici non debent noua iterum luna puta emptum seruum domum duci non oportet: et per hæc facilius solent aduersa prouenire; Tempora uero sic obseruant cum dicunt. hodie ueris initium est festiuitas est. post cras uulcanalia sunt; Et alia iterum aiunt. posterum est domum egredi non licet; Annos sic colunt cum dicunt: kalendis ianuariis nouus est annus quasi non cotidie anni impleantur. sed ut anni illius memoriam recolant bifrontis; Hac superstitionem utuntur quę longe debet esse. a seruis dei; Si enim deus ex toto corde diligitur ipso propitio nulla debet esse. formido neque suspicio harum rerum; Prospere enim potest credere quicquid simpliciter sub dei deuotione fit;

Kerff: 4.140

Source

AMBROSIASTER, *Comm.in Pauli epist., ad Gal. vers. 4:10* (ed. Vogels, III, 46, lines 1–21; quoting only Gal 4:10), partial

CXL. QVOD INCANTATORES ET SORTILEGI DISTRICTA VLTIONE CORRIGANTVR. EX EPISTOLIS PAPÆ GREGORII AD ADRIANVM NOTARIVM.

Peruenit ad nos quod quosdam incantatores atque sortilegos fueris insecutus: et omnino nobis sollicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. studii enim tui sit sollicite [f. 147v] querere. et quoscumque huiusmodi christi inimicos inueneris districta ultione corrigere;

Kerff: 4.141

Source

DGRE.590.1823 (ed. Norberg, 921, lines 2–9), abbrev.

CXLI. EX CONCILIO TOLETANO. VT SVPRA.

Si episcopus quis. aut presbiter. siue diaconus. uel quilibet ex ordine clericorum. magos. aut aruspices. aut ariolos. aut certe augures. uel sortilegas. uel eos qui profitentur sortem aliquam: aut aliqua eorum similia exercentes consulere fuerit deprehensus. ab honore dignitatis suę depositus. monasterii censuram excipiat. ibique perpetuę pænitentię deditus scelus admissum sacrilegii luat;

Kerff: 4.142

Source

Coll.Dach. 3.59 — CTOL.633.29

CXLII. ITEM DE AVGVRIIS.

Auguriis uel incantationibus seruientem a conuentu æcclesię separandum;

Kerff: 4.143

cf. Coll.quad. 4.136

Source

PHAL.800.4.27; cf. Coll.Dach. 1.99 — SEA 83 (= Carthage IV, 89), partial

**CXLIII. QVOD NON LICET CHRISTIANIS OBSERVATIONES DIVERSAS
ADTENDERE. EX CONCILIO BRACHARENSE.**

Non liceat christianis traditiones gentilium obseruare. uel colere elementa. aut lunę uel stellarum cursus. aut inanem signorum fallaciam. pro domu facienda. uel segetes. uel arbores plantandas. uel coniugia socianda; Scriptum est enim; Omnia quęcumque facitis in uerbo aut in opere in nomine domini nostri iesu christi facite. gratias agentes deo {Col 3:17};

Kerff: 4.144

Source

PHAL.800.4.26, first part; Coll.Dach. 1.96 — CBRA.572.72

CXLIIII. ITEM IN EODEM CONCILIO.

Non licet in collectione herbarum quę medicinales sunt [f. 148r] aliquas obseruationes uel incantationes adtendere: nisi tantum cum simbolo diuino. et oratione dominica: ut deus et dominus noster honeretur;

Kerff: 4.145

Source

PHAL.800.4.26, second part; Coll.Dach. 1.97 — CBRA.572.74

CXLV. ITEM.

Non licet mulieres christianas in suis lanificiis uanitatem obseruare. sed deum inuocent adiutorem. qui eis sapientiam texendi donauit.

Kerff: 4.146

Source

PHAL.800.4.26, third part; Coll.Dach. 1.98 — CBRA.572.75

CXLVI. DE DISCORDANTIBVS EX CONCILIO CARTINENSE.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophilacio recipiantur.

Kerff: 4.147

Source

PHAL.800.4.31; cf. Coll.Dach. 1.112, whose rubric reads 'ut oblationes fratrum discordantium non recipiantur' — SEA 49 (= Carthage IV, 93)

**CXLVII. DE HIS QVI PER ODIVM AD PACEM NON REVERTVNTVR EX CONCILIO
AGATENSE.**

Placuit etiam sicut plerumque fit: ut quicumque odio aut longinqua inter se lite. et ad pacem reuocari diuturna intentione nequuerint. de ecclesię coetu iustissima excommunicatione pellantur;

Kerff: 4.148

Source

PHAL.800.4.32; Coll.Dach. 1.110, abbrev. — CAGD.506.31, abbrev.

CXLVIII. ITEM. ISIDORI EPISCOPI.

Si quis discors extiterit. iuxta excessum culpę congruę aut diuturnę subiaceat poenitentię;

Kerff: 4.149

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, p. 222, line 16–p. 223, line 2); BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brookie, 195), partial — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, p. 116, line 420–p. 117, line 437) | abbrev., adapted

CXLVIII.

Si quis discors ac litigans *uel per* odium dissidens extiterit. quousque ad pacis caritatisque concordiam redeat. a conuentu et societate. ut canonum iubent decreta alienus existat;

Kerff: 4.150

Source *unidentified*

CL.

Si quis odio habens aduersus aliquem usque ad pacem reuertatur sicut patres nostri decreuerunt. in pane et aqua excommunicetur et ab ecclesia separetur;

Kerff: 4.151

Source *unidentified*

CLI. DE MVRMVRANTIBVS BASILII EPISCOPI.

Apostolus dicit omnia facite sine murmurationibus {Phil 2:14}: et alienus [f. 148v] sit a fratrum unitate qui murmurat et opus eius abiciatur;

Kerff: 4.152

Source *BEN.AN. Cod.reg. 71 (eds Holste–Brockie, 87) — BASIL–RVFINVS Regula 71.int.–1 (ed. Zelzer, 107)*

CLII. VNDE SVPRA.

Si quis murmurans extiterit ne poenam murmurantium incurrat. de qua apostolus dicit: neque murmuraueritis sicut quidam murmurauerunt et perierunt ab exterminatore {1 Cor 10:10}. iuxta mensuram opusque peccati quę in hac sententia apostoli pleniter declaratur sacerdotis iudicio pæniteat;

Kerff: 4.153

Source (to exterminatore) *cf. BEN.AN. Cod.reg. 93 (eds Holste–Brockie, 90) — BASIL–RVFINVS Regula, 93 (ed. Zelzer, 126) | abbrev., adapted*

Source (iuxta ... peccati) *cf. BEN.AN. Cod.reg. 151 (eds Holste–Brockie, 33), partial — PACH.–JEROME, Praec.et inst. 10 (ed. Boon, 56, lines 10–11)*

Source (from quę in hac) *unidentified*

CLIII. DE CONVITIOSIS VEL MALEDICIS CESARII EPISCOPI.

Si quis conuitio *uel* maledicto. *uel* etiam crimine subiecto leserit aliquem dignissima purgetur satisfactione; Si hoc uitium iterauerit poenitentia iustissima secundum modum culpę expietur;

Kerff: 4.154

Source *BEN.AN. Cod.reg. 31 (eds Holste–Brockie, 358), partial — CAESARIVS, Reg.ad virg. 33.5–6 (eds. de Vogüé–Courreau, 212–14) | abbrev., adapted*

CLIIII. VNDE SVPRA.

Apostolus dicit. neque maledici regnum dei possidebunt {1 Cor 6:10}; Si quis hoc peccatum admiserit: tam grande pæniteat. quam grande perpetravit scelus. quod a regno separat dei;

Kerff: 4.155

Source *unidentified*

CLV. DE DETRACTIONE.

Si quis *promptus facilisque est*. ad detrahendum dicensque quod uerum non est: VII. dies. in pane et aqua sequestratus a fraterno consortio pæniteat;

Kerff: 4.156

Source *BEN.AN. Cod.reg. 160 (eds Holste–Brockie, 34), partial — PACH.–JEROME, Praec.atque iudic. 1 (ed. Boon, 63, line 8–p. 64, line 3) | abbrev., adapted*

CLVI.

Si quis detrahit uel libenter audit detrahentem {cf. Iac 4:11}. iuxta mensuram peccati {sic} ad arbitrium sacerdotum pæniteat;

Kerff: 4.157

Source (to detrahentem) *cf. BEN.AN. Cod.reg. 43 (eds Holste–Brockie, 83) — BASIL–RVFINVS Regula 43 (ed. Zelzer, 88)*

Source (iuxta ... peccati) *unidentified, but cf. BEN.AN. Cod.reg. 150 (eds Holste–Brockie, 33), and PACH.–JEROME, Praec.et inst. 9 (ed. Boon, 56)*

Source (from ad) *unidentified*

CLVII. VNDE SVPRA BASILII EPISCOPI.

Si quis detraxerit eo qui preest. septem a conuentu ecclesiastico dies separatus. ut maria soror aaron quæ de[f. 149r]traxerit moysi poeniteat {cf. Nm 12:14–15};

Kerff: 4.158

Source *cf. BEN.AN. Cod.reg. 44 (eds Holste–Brockie, 83) — BASIL–RVFINVS Regula 44 (ed. Zelzer, 88)*

Source (septem ... separatus) *cf. Nm 12:14–15*

Source (poeniteat) *unidentified*

CLVIII. DE CONTENTIONIBVS VEL RISIS ATQVE CONVITIIS. ISIDORI EPISCOPI.

Si quis contentiones uel rixas amauerit. uel manifestum conuitium fratri intulerit: iuxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna expietur poenitentia;

Kerff: 4.159

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, 222, line 24–p. 223, line 2); BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 195), partial — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, 116, line 428–p. 117, line 437) | abbrev., adapted*

CLVIII. VT SVPRA.

Qui contentiosus aut murmurans extiterit secundum arbitrium prioris tamdiu pæniteat. quamdiu culpæ qualitas extat;

Kerff: 4.160

Source *unidentified*

CLX. VT SVPRA BASILII.

Si quis uidetur contentiosus. esse. dicente apostolo. nos talem consuetudinem non habemus neque
 ecclesia dei {1 Cor 11:16}. si quis hoc facit. notetur usquequo corrigatur;

Kerff: 4.161

Source *BEN.AN. Cod.reg. 112 (eds Holste–Brockie, 92), partial — BASIL–RVFINVS Regula 112.2 (ed. Zelzer, 138)*

CLXI. DE LASCIVIS ET SVPRA {SVPERBIS corr.}.

Qui lasciuus et superbus fuerit. III. dies. in pane et aqua pæniteat;

Kerff: 4.162

Source *cf. BEN.AN. Cod.reg. 15 (eds Holste–Brockie, 205), partial — FRVCT. Regula 14 (ed. Campos, 153, lines 287–88) | abbrev., adapted*

CLXII.

Si quis lasciuus in lingua fuerit. triduana pænitentia⁴⁷ expietur;

Kerff: 4.163

Source *BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 195), partial — ISIDORE, Regula 17 (ed. Campos, 115, line 416–p. 116, line 437) | abbrev., adapted*

CLXIII. DE CLERICIS ÆBRIOSIS. EX CONCILIO AGATENSE.

Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit: ut ordo patitur. aut triginta dierum spatio a
 communione statuimus submouendum: aut corporali dandum supplicio;

Kerff: 4.164

Source *Coll.Dach. 3.57 — CAGD.506.41, second sentence*

CLXIII. DE EADEM RE FRVCTVOSI EPISCOPI.

Si quis ecclesiastica peditus ordinationem. aut monachus repertus fuerit. ebriosus. in pane et
 aqua tribus pæniteat mensibus;

Kerff: 4.165

Source *cf. BEN.AN. Cod.reg. 16 (eds Holste–Brockie, 205), partial — FRVCT. Regula 15 (ed. Campos, 154, lines 307–311) | abbrev., adapted*

CLXV. DE MONACHIS EBRIOSIS SENTENTIA BEATI FERIOLI.

De ebrietate uero superfluum puto monachum commoneri. cum uel si parum uini accipiat. a
 proposita corporis contritione de[f. 149v]clinat: et ideo monachum si ebrium quod dici nefas est
 uideri aliquando contigerit zelans illi plenus ira precipio ut. XXX^{ta}. diebus a uini potione
 suspendatur: quatinus anima infusione concessa digestionem hoc spatio uacetur;

Kerff: 4.166

Source (to declinat) *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 40.5 (eds Spannagel–Engelbert, 258, lines 12–17); cf. BEN.AN. Cod.reg. 39 (eds Holste–Brockie, 165–66), partial, abbrev. — FERR. Regula, 39.24, 32–3 (ed. Desprez, 147)*

⁴⁷ pænitentia] pænit, with macron over t, as if pæniteat

CLXVI. DE VNIVERSIS CLERICIS AEBRIETATE DEDITVS.

Si quis *episcopus* aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit. aut desinat. aut deponatur;

Kerff: 4.167

Source

PECU.700.1.1 — cf. PTHU.700.1,1.1

CLXVII. ITEM DE LAICIS AEBRIOSIS. GENERALIS SENTENTIA.

Laicus si ebriosus fuerit. III. dies. in pane et aqua pæniteat.

Kerff: 4.168

Source

cf. PBUR.700.27 (= PMEA.700.25 [Me1]; POXI.700.22; PPAS.700.19

CLXVIII. DE OMNIBVS ÆBRIOSIS AC VINOLENTIS. HIERONIMI PRESBITERI ET EFFREM DIACONI.

Fuge uinum uelut uenenum. ne ebrietas superet te expoliatumque uirtutibus nudum efficiat; Vinum enim ut *sancta* scriptura dicit apostatare facit etiam sapientes {Sir 19:2}; Adtende ne {noe *corr.*} uirum sapientem et *sanctum*. quomodo ob ebrietatem nudatus est dormiens {cf. Gn 9:21}; Adtende et loth patriarcham. qui *per* ebrietatem cum filiabus suis inpudenter se commiscuit {cf. Gn 19:30–5}; Hinc beatus basilius ait: multi *per* uinum a demonibus capti sunt: nec est aliud ebrietas quam manifestissimus demon; Hinc propheta ait: fornicatio et ebrietas aufert cor {Os 4:11}; Æbrietas enim *perturbationem* gignit mentis. *furorem* et *flammam* suscitatur libidinis; Apostolo teste. nolite inebriari uino in quo est luxuria {Eph 5:18}; Si quis *autem* contra hæc [f. 150r] *sanctorum* fecerit statuta. dignam ac longam pænitentiam agat: quia unum est ex his peccatis quæ hominem a regno dei separant; dicente. {apostolo paulo neque ebriosi regnum dei possidebunt (1 Cor 6:10) *add. marg. (bottom)*}

Kerff: 4.169

Source (to commiscuit)

unidentified, but cf. FLORVS OF LYON, Collectio ex dictis XII patrum (3 vols, eds P.I. Fransen et al., CCCM 193, 193A and 193B [Turnhout, 2002–2007], I, 94, lines 2–10)

Source (hinc beatus ... cor)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 4.35 (eds Spannagel–Engelbert, 117, lines 23–6)

Source (æbrietas ... libidinis)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 4.35 (eds Spannagel–Engelbert, 117, lines 21–2) — ISIDORE, Sententiae 2.43.1 (ed. Cazier, 187), partial

Source (from apostolo teste)

unidentified

CLXIX. DE HIS QVI ECCLESIASTICA IEIUNIA ABSQVE NECESSITATE DISSOLVNT. EX CONCILIO AGATENSE.

Si quis eorum qui continentię student absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit stimulo suę cogitationis impulsus anathema sit;

Kerff: 4.170

Source

Coll.Dach. 2.98 — CGAN.355.19 (Dion.II)

CLXX. VT NEMO MONACHVS ABSQVE SVMMA INFIRMITATIS NECESSITATE CARNES SVMERE PRESVMAT. EX INSTITVTIS SANCTI AVRELI EPISCOPI.

Carnes in cibo monachi numquam sumat: pulli uero uel altilia cuncta in congregatione non ministrentur: infirmis uero tantum prouideantur et accipere liceat;

Kerff: 4.171

Source

SMARAG. *Exp.in reg.S.Ben.* 39.11 (eds Spannagel–Engelbert, 257, lines 2–4); BEN.AN. *Cod.reg.* 51 (eds Holste–Brookie, 152), partial — AVREL. *Reg.ad monach.* 51.1–2 (ed. Schmidt, 254)

CLXXI. DE EADEM RE SANCTI FRVCTVOSI EPISCOPI.

Carnem cuiquam nec gustandi nec sumendi est concessa licentia. non quod creaturam dei iudicemus indignam: sed quod carnis abstinentia utilis et apta monachis estimetur. seruato tamen moderamine pietatis erga egrotos; Quod si quis monachus uoluerit et contra sanctionem regule usumque ueterum uesci carnibus presumpserit. sex mensium spatio retrusioni et poene subiacebit;

Kerff: 4.172

Source

SMARAG. *Exp.in reg.S.Ben.* 39.11 (eds Spannagel–Engelbert, 257, lines 5–14); BEN.AN. *Cod.reg.* 5 (eds Holste–Brookie, 202–03), partial — FRVCT. *Regula*, 3 (ed. Campos, 142, lines 91–100) | abbrev.

CLXXII. DE FALSIS FRATRVM ACCVSATORIBVS. EX CONCILIO ARELATENSE.

[f. 150v] Eos qui falso fratribus suis capitale obiecissee conuicti fuerint. placuit eos usque ad exitum non communicare: sicut magna sinodus sanctę constituit. nisi digna satisfactione pēnituerint;

Kerff: 4.173

Source

Coll.Dach. 2.20 — Coll.Arel. 24

CLXXIII. DE FALSIS FRATRIBVS. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Falsus testis prout crimen est abstinebit: si tamen fuerit mortis quod obicit et probauerit quod tacuit biennii tempore abstinebit. si autem non probauerit a conuentu cleri placuit per quinquennium abstinere;

Kerff: 4.174

Source

Coll.Dach. 2.25 — CELV.300.74

CLXXIII. QVOD VTERQVE REVS EST ET QVI FALSVM DICIT VEL CITO DICENTI CREDIT ISIDORI EPISCOPI.

Non solum ille reus est qui falsum de alio profert. sed et his qui aurem cito criminibus prebet;

Kerff: 4.175

Source

ISIDORE, *Sententiae* 3.55.6 (Cazier, 311), last sentence

CLXXV. DE EADEM RE.

Si quis falsum dixerit. uel personam innocentis falso crimine maculauerit. iuxta sacerdotis arbitrium diuturna pēnitentia expurgetur;

Kerff: 4.176

cf. Coll.quad. 4.133

Source

SMARAG. *Exp.in reg.S.Ben.* 25.1 (eds Spannagel–Engelbert, p. 222, line 25–p. 223, l., 2); BEN.AN. *Cod.reg.* 16 (eds Holste–Brookie, 195) — ISIDORE, *Regula* 17 (ed. Campos, p. 116, line 428–p. 117, line 437) | abbrev., adapted

CLXXVI. VT NEMO CLERICVS CRIMINALIA IVDICET NEGOTIA NEC PRO IVDICIIS IVSTIS MVNERA ACCIPIAT. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Nullus clericorum criminalia presumat. iudicare iudicia. uel more secularium iudicum audeat accipere pro inpensis patrociniis munera; Si qui ista probant admittere: ueluti exactores foenoris aut usurarum possessores: secundum statuta patrum se nouerint degradatos;

Kerff: 4.177

Source (to 'iudicia')

cf. Coll.Dach. 2.26 — CTAR.516.4 | first sentence

Source (from 'uel more')

Coll.Dach. 2.27 — CTAR.516.10 | partial, abbrev.

CLXXVII. VT SACERDOTES IN ALIENIS PERICVLIS NON EXISTANT. EX CONCILIO TOLETANO.

Si quis sacerdotum iudex extiterit ubi discriminis extat [f. 150Br] sententia. uel discussor in alienis fuerit periculis. secundum antiquorum patrum sit reus effusi sanguinis apud christum. et apud ecclesiam perdat proprium gradum;

Kerff: 4.178

Source

Coll.Dach. 2.29 — CTOL.633.31 | partial, adapted

Source (secundum ... patrum)

unidentified

CLXXVIII. VT OBLATIONES DEFVNCTORVM RETINENTES EXCOMMVNICENTVR. EX CONCILIO VASENSE.

Hii qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis tradere demorantur. ut infideles ab ecclesia abiciantur: ac sicut egentium necatores. nec credentes iudicium dei habendi sunt;

Kerff: 4.179

Source

Coll.Dach. 2.59 — CVAI.442.4 | partial, abbrev., adapted

CLXXVIII. DE HIS QVI OBLATIONES ALIORVM DEFRAVDANT.

Si quis oblationes aliorum fraudant. ammonendi sunt ut reddant quod fraudulenter; Si autem reddiderint ad expiationem huius peccati secundum arbitrium sacerdotis modumque peccati pæniteant; Si uero reddere noluerint usquequo reddant sicut sancta synodus constituit ab æcclesiastico separentur consortio;

Kerff: 4.180

Source

unidentified

CLXXX. DE HIS QVI SVAS VEL PROPINQVORVM OBLATIONES ECCLESIE FRAVDANT. EX CONCILIO AGATENSE.

Clerici etiam uel sæculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retinere perstiterint. aut id quod ipsi donauerunt ecclesiis. uel monasteriis crediderint auferendum: sicut synodus sancta constituit uelut necatores pauperum quousque reddant ab ecclesiis excludantur;

Kerff: 4.181

Source

Coll.Dach. 2.60 — CAGD.506.4

CLXXXI. DE CLERICIS QVI DAMPNVM ECCLESIE INFERVNT. EX CONCILIO AGATENSE.

Si quis clericus dampnum ecclesie uoluntarie fecerit. de propriis [f. 150Bv] facultatibus reddat: et communione priuetur;

Kerff: 4.182

Source

Coll.Dach. 3.55 — CAGD.506.26 | partial, abbrev., adapted

CLXXXII. DE CLERICIS QVI IN SEDITIONE ARMA SVMPSERINT. EX CONCILIO TOLETANO.

Clerici qui in quacumque seditione arma uolentes sumpserint. amisso ordinis sui gradu in monasterio pænitentię contrahatur; {contrahantur corr.}

Kerff: 4.183

Source

Coll.Dach. 3.61 — CTOL.633.45

CLXXXIII. DE CLERICIS QVI IN MUTVAM CÆDEM PRORVMPVNT. EX CONCILIO HILERDENSE.

Si qui clerici in mutuam cedem proruperint. prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit a pontifice districtius uindicerentur;

Kerff: 4.184

Source

Coll.Dach. 3.52 — CLER.546.11

CLXXXIII. DE CLERICIS QVI AD SECVLARIVM DEFENSIONEM CONFVGIUNT PROPTER DISTRICTIONEM.

Id etiam placuit ut clericus si relicto officio propter distriktionem ad secularem sortem confugerit. et is ad quem recurrerit solacium defensionis inpenderit. cum eodem æcclesie communione pellatur;

Kerff: 4.185

Source

Coll.Dach. 3.53 — CAGD.506.8

CLXXXV. DE CLERICIS QVI VSVRAS VEL TVRPIA LVCRA SECTANTVR.

Clericus usuras non accipiat. turpia lucra non sectetur; Si quis inuentus fuerit aliquid tale excogitans abiciatur a clero;

Kerff: 4.186

Source

cf. Coll.Arel. 14; CNIC.325.17

CLXXXVI. DE CLERICIS QVI NEGOTIATIONES INHONESTAS ET TVRPIA LVCRA SECTANT. EX DECRETO ZELASV PAPÆ.

Quicumque sunt clerici. aut ab indignis quæstionibus et ab omnibus quibuslibet negotiationibus ingenio cupiditateque se abstineant: aut in quocumque gradu positi sunt mox a clericalibus officiis abstinere cogantur;

Kerff: 4.187

Source

Coll.Dach. 3.45 — DGEL.492.636, c. 15 (ed. Thiel, 371) | partial, adapted

[f. 151r] **DE CLERICIS QUI IN NUNDINIS ET FORO DEAMBVLANTIBVS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

Clericus qui non *pro* emendo aliquid in nundinis uel fore deambulat ab officio suo degradetur;

Kerff: 4.188

Source

Coll.Dach. 3.63 — SEA 34 (= Carthage IV, 48)

CLXXXVIII. DE CLERICIS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Clericus maledicus maxime qui in sacerdotibus cogatur ad postulandam ueniam: si noluerit degradetur ne *umquam* ad officium absque satisfactione reuocetur;

Kerff: 4.189

Source

Coll.Dach. 3.65 — SEA 44 (= Carthage IV, 57)

CLXXXIX. DE CLERICIS IVRANTIBVS.

Clericus iurans excommunicandus.

Kerff: 4.190

Source

Coll.Hib.A 10.t — cf. SEA 74 (= Carthage IV, 61)

CXC. ITEM VNDE SVpra EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Clericum⁴⁸ *per* creaturas iurantem acerrime obiurgandum. et si *perstiterit* in uitio excommunicandum;

Kerff: 4.191

Source

Coll.Dach. 3.71 — SEA 74 (= Carthage IV, 61)

CXCI. DE CLERICIS SCVRITIBVS EX EODEM CONCILIO.

Clericos scuriles et uerbis turpibus iocularibus. ab officio detrahendos; Si quis clericus aut monachus uerba scurrilia. iocularia. *risumque* mouentia loquitur. acerrime corripitur;

Kerff: 4.192–93

Source (to 'detrhendos')

Coll.Dach. 3.35 — SEA 73 (= Carthage IV, 60)

Source (from 'si quis')

unidentified

CXCII. DE CLERICIS INTER EPVLAS CANTANTIBVS EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Clericos inter epulas cantantes ab officio detrahendos.

Kerff: 4.194

Source

Coll.Dach. 3.70, partial, adapted — SEA 73, 75 (= Carthage IV, 60, 63), partial, combined

CXCIII. DE CLERICIS ADOLATORIBVS ET PRODITORIBVS EX CONCILIO CARTAGINENSE.

⁴⁸ The word *propheta* had been written (vertically) in the right margin.

Clericus qui adolationibus et prodicionibus uacare deprehenditur degradetur ab officio;

Kerff: 4.195

Source

Coll.Dach. 3.68 — SEA 43 (= Carthage IV, 56)

CXCIII. VT SACERDOTES. ET LEVITÆ. CANES AD VENANDVM. ET ANCIPTRES NON HABEANT. EX CONCILIO AGATENSE.

Episcopus. presbiter. diaconi. ad uenandum. canes aut ancipitres [f. 151v] habere non liceat {licet corr.}: quod si quis talium personarum in hac uoluntate detentus fuerit. si episcopus est tribus mensibus se a communione suspendat: presbiter duobus mensibus abstineat: diaconus. uno. ab omni officio uel communione cessabit;

Kerff: 4.196

Source

Coll.Dach. 3.87 — CEPA.517.4 (= CAGD.506.55)

CXCV. VT CLERICIS NEC VESTIMENTIS NEC CALCIAMENTIS QVÆRANT DECOREM. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet. Ideo nec uestimentis querat decorem;

Kerff: 4.197

Source

Coll.Dach. 3.69 — SEA 26 (= Carthage IV, 45) | abbrev.

CXCVI. VNDE SVPRA.

Si quis uestimenta uel calciamenta ita composite utitur: ut studeat decorem inde aliquem capere. et ob hoc ea non usus causa utitur sed decoris. ammonetur ut declinet ab huiusmodi uitio hominibus placendi. si autem noluerit æcclesiasticis corripiatur correptionibus;

Kerff: 4.198

Source (to placendi)

BEN.AN. Cod.reg. 144 (eds Holste–Brockie, 98), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 144 (ed. Zelzer, 171) | abbrev., adapted

Source (from si autem)

unidentified

CXCVII. DE CLERICIS ALIENA PREDIA LVCRAQVE TVRPIA AC SECVLARIA NEGOTIA CONDVCENTIBVS.

Non oportet episcopum. aut clericum. uel monachum aliena predia conducere aut lucra turpia sollicitari aut secularia negotia sub cura et prouidentia sua suscipere. preter pupillarum. orfanorum ac uiduarum: sicut sancta calcidonensis sinodus constituit; Si quis hæc transgressus fuerit æcclesiasticis increpationibus subiacebit;

Kerff: 4.199

Source

Coll.Dach. 3.146 — CCHA.451.3 (Dion.I/II) | partial, paraphr.

CXCVIII. VT NVLLVS CLERICVS AVT MONACHVS SECVLARIBVS COMMVNICENT NEGOTIIS.

Apostolus paulus dicit. Nemo militans deo implicet se negotiis [f. 152r] secularibus {2 Tim 2:4}; Et ideo si quis clericus secularia communicat negotia: que pertrahunt ad peccatum: aut monachus.

æcclesiastica ciuiliaque conturbans negotia. et cætera que dicta sunt in sancto calcidonensi concilio⁴⁹ ausus fuerit transgredi excommunicetur;

Kerff: 4.200

Source *unidentified*

CXCIX. VT CLERICVS NEC SVO NEC ALIENO NOMINE FOENVS EXERCEAT. EX DECRETIS LEONIS PAPÆ.

Illud etiam diximus premouendum. ut sicut non suo. ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus non adtemptet;

Kerff: 4.201

Source *Coll.Dach. 3.47, first sentence — DLEO.440.402, c. 4 (ed. Wurm, 91, lines 2–3)*

CC. DE EMENDIS VENDENDISQUE REBUS CLERICORVM. EX CONCILIO TARRACONENSE.

Quodcumque in clero esse ualuerit emendi uilius. uel uendendi carius studio non utatur. certe si hoc uoluerit exercere cohibeatur a clero;

Kerff: 4.202

Source *Coll.Dach. 3.46 — CTAR.516.2, partial*

CCI. VT VIDVAM MARITI VEL NVMEROSA HABENTES CONIVGIA AB ÆCCLESIASTICIS EXARCEANTVR OFFICIIS. EX DECRETIS PAPÆ LEONIS.

Si quis uiduam uel repudiatam duxit uxorem {cf. Lv 21:14}. uel numerosa habuit coniugia ab æcclesiasticis officiis et a sacerdotali nomine apostolicę sedis auctoritate iubetur arceri;

Kerff: 4.203

Source *Coll.Dach. 3.25, partial — DLEO.440.402, c. 2 (ed. Wurm, 88, lines 10–18) | abbrev., adapted*

CCII. VT NEMO EX DATIONE PÆCVNIÆ AD SACRVM ORDINEM AVDEAT ACCEDERE. EX EPISTOLA GREGORII PAPÆ.

Nemo ad sacrum ordinem ex datione pæcunię uel quarumlibet patrocínio personarum. seu proximitatis accedat: sed ille ad episcopatus uel alterius sacri ordinis officium eligatur. que dignum uita et mores ostendit; Si quis autem ancimoniacam heresem. id est et spiritum sanctum qui omnia redemit uenundare quod est grauissimum ultra quam dici potest facinus ausus fuerit. secundum antiqua canonum decreta dampnetur;

Kerff: 4.204

Source (to ausus fuerit) *DGRE.590.1491 (ed. Norberg, 520, lines 44–52), abbrev., adapted*

Source (from secundum) *unidentified*

CCIII. DE HIS QVI EX DATIONE PÆCVNIÆ ORDINANT AVT ORDINANTVR ET DE HVIVS LVCRI MEDIATORE. EX CONCILIO CALCIDONENSE.

⁴⁹ Cf. CCHA.451.3.

Si quis *episcopus* per pecunias *episcopum*. aut *presbiterum*. aut *diaconus*. uel quemlibet ex his qui connumerantur in clero ordinauerit aut promouerit per pecunias dispensatorem aut defensorem: uel quemquam qui subiectus est regule pro suo turpissimo lucri commodo. is cui hoc adtemptanti probatum fuerit proprii gradus periculo subiacebit: et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione uel promotione que est per negotiationem facta proficiat: sed sit alienus ea dignitate uel sollicitudine quam pecuniis quesuiuit; Si quis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis extiterit. Si quidem clericus fuerit proprio gradu decidat. Si uero laicus aut monachus anathematizentur;

Kerff: 4.205

Source *cf. Coll.Dach. 3.112*⁵⁰ — CCHA.451.2 (Dion.II), abbrev.

CCIII. DE ABBATIBVS QVI DONO VEL VENALITATE ALIQUA ORDINANTVR.

Abbas monachorum non extraneus nisi de eadem conuersatione quem sibi congregatio propria uoluntate elegerit. ut regule antiquorum patrum decernunt ordinetur; [f. 153r] Hæc autem ordinatio sine dono uel aliqua uenalitate fiat; Si autem de suis ad hoc officium aptum nequiuerint inuenire: de aliis monasteriis eligant sibi secundum timorem dei abbatem; Si quis autem ex datione pæcunię uel aliqua dolositate a nefandissima ambitione ad hanc prelationem peruenerit. ab hoc officio abstrahatur et in monasterio sub regulari auctoritate uiuere compellatur;

Kerff: 4.206

cf. Coll.quad. 4.335

Source (to eligant sibi)

DGRE.590.1504 (ed. Norberg, 536–37, lines 24–8), adapted

Source (ut regule ... decernunt)

unidentified

Source (from secundum timorem)

unidentified

CCV. QVALITER INDIGNVS ABBAS A SVO SEPARETVR OFFICIO.

Si quis autem abbas cautus in regimine et humilis. castus. sobriusque misericors. discretus non fuerit: ac diuina precepta uerbis. et exemplis. non ostenderit: ab episcopo in cuius consistit territorio. et a uicinis abbatibus et cæteris deum timentibus a suo arceatur honore: etiam si omnis congregatio uitiis suis consentiens abbatem eum habere uoluerit;

Kerff: 4.207

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 64.1–6 (eds Spannagel–Engelbert, 313, line 7–p. 314, line 2), partial, abbrev., adapted

CCVI. DE ABBATIBVS STATVTA VEL DECRETA PATRVM REGVLAMQVE MONASTICAM PREVARICANTIBVS. EX STATVTA PATRVM.

Si exstiterit abbas diuinis iussionibus preuaricator reguleque sanctę contemptor. ab episcopo ciuitatis cum consensu abbatum aliorumque. monachorum timentium deum honore abbatis priuetur Conuenit enim episcopum ciuitatis ut sancta et magna sinodus calcidonensis decreuit competentem monasteriorum prouidentiam gerere;

Kerff: 4.208

⁵⁰ *Coll.Dach. 3.112* adds *chorepiscopum* to the list of ecclesiastics in the first sentence.

cf. Coll.quad. 4.216

Source (to priuetur)

unidentified, but cf. SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 64.4–6 (eds Spannagel–Engelbert, 313–14)

Source (from conuenit)

CCHA.451.4, last sentence

CCVII. QVALITER EPISCOPVS AD MONASTERIVM ACCEDAT GREGORII PAPÆ.

[f. 153v] Visitandi exhortandique gratia ad monasterium quoties placuerit ab antestite ciuitatis accedatur. sed sic caritatis officium illic impleat episcopus. ut grauamen aliquod monasterio non incurrit {uel a (*i.e.* uel incurrat) *gl. sup. lin.*}.

Kerff: 4.209

Source

DGRE.590.1504 (ed. Norberg, 537, lines 55–8)

CCVIII. DE OMNIBVS ÆCCLESIE DEI PRELECTIS EX STATVTA BASILII EPISCOPI.

Si qui preest aut cuiquam quod a domino prohibitum est facere iusserit. uel quod preceptum est preterierit. Sancti pauli apostoli sententia ingerenda est. ei dicentis: etiam si angelus de celo euangelizauerit uobis preter quam quod euangelizauimus uobis anathema sit {Gal 1:8};

Kerff: 4.210

Source

BEN.AN. Cod.reg. 13, 15 (eds Holste–Brockie, 78–9) — BASIL–RVFINVS Regula, 13, 15 (ed. Zelzer, 62–4) | partial, abbrev., adapted

CCVIII. DE EADEM RE.

Si quis prohibet nos facere quod a domino preceptum est. uel rursus imperat fieri quod dominus fieri prohibet execrabilis sit ab omnibus qui diligunt deum;

Kerff: 4.211

Source

BEN.AN. Cod.reg. 13 (eds Holste–Brockie, 78–9), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 13.13 (ed. Zelzer, 62–3) | adapted

CCX. DE EADEM RE.

Is qui preest si preter uoluntatem dei uel preter quod in sanctis scripturis euidenter precipitur. uel dicit aliquid uel imperat: tamquam falsus testis dei {cf. 1 Cor 15:15} aut sacrilegus habeatur;

Kerff: 4.212

Source

BEN.AN. Cod.reg. 15 (eds Holste–Brockie, 79), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 15.int.–2 (ed. Zelzer, 64) | adapted

CCXI. VT PERPETVA SIT MONASTERII CONSECRATIO. EX CONCILIO CALCIDONENSE.

Quę semel deo sacrata sunt monasteria secundum episcoporum consensum oportet in perpetuum monasteria nuncupari. et eorum res monasteriis reseruari; Si qui uero hoc fieri pretermiserint canonicis interdictis subiaceant;

Kerff: 4.213

Source

CCHA.451.24 (prisca), abbrev.

**CCXII. DE MONACHIS AD CLERICATVS. ORDINEM PERVENIENTIBVS. EX
EPISTOLA INNOCENTII PAPAE.**

[f. 154r] De monachis qui diu morantes in monasteriis postea ad clericatus ordinem peruenire nituntur. non debere eos a priori proposito deuiare; Aut enim sicut in monasterio fuit et quod diu seruauit in meliore gradu positus. amittere non debet: aut si corruptus postea fuerit in monasterio et ad clericatus ordinem accedere uoluerit: uxorem omnino habere non poterit. quia nec benedici cum sponsa potest etiam corruptus;

Kerff: 4.214

Source

DINN.401.286, c. 13 (ed. Coustant, cols 753C–54A)

CCXIII. VNDE SVPRA.

Quisquis ex religione monastica ad ecclesiasticum ordinem peruenerit. regularem quam in monasterio conuersionem seruauit omittere non debet: sed multo magis sanctis monitis et exemplis in meliore gradu positus. sanctiorem uitam in cunctis regularibus actis ostendat; Sin autem aliter fecerit canonicis subdatur correptionibus;

Kerff: 4.215

Source

unidentified, but cf. BEN. Regula, 62 (ed. Hanslik, 158–59)

**CCXIII. DE HORE MONACHIS CONPENDE ET VT NVLLVS EORVM TEMPTET
ÆCCLESIASTICA ANTE SECVLARIA INQVIETARE NEGOTIA NEC ALIENVM
SERVVM PRETER CONSCIENTIAM DOMINI EIVS SVSCIPERE. EX CONCILIO
CALCINENSE.**

Qui uere et sincere singularem sectantur uitam competenter honorentur; Quoniam uero quidem utentes habitu monachi ecclesiastica negotia ciuiliacque conturbant. circumeuntes indifferenter urbes nec non et monasteria sibi [f. 154v] instituere temptantes. placuit nullum quidem umquam ædificare aut constituere monasterium uel oratorii domum preter conscientiam ciuitatis episcopi; Monachos uero per unamquamque ciuitatem aut regionem subiectos. esse. episcopo: et quietem diligere. et intentos. esse. tantummodo ieiunio. et orationi. in locis quibus ne nuntiauerunt seculo permanentes; Nec ecclesiasticis uero nec secularibus negotiis communicent. uel in aliquo sint molesti propria monasteria deserentes. nisi forte his precipiatur propter opus necessarium ab episcopo ciuitatis; Nullum uero recipere in monasteriis seruum obtentu monachi preter sui domini conscientiam; Transgredientem uero hanc diffinitionem nostram excommunicatum esse decreuimus. ne nomen dei blasphemetur; Verumtamen episcopum ciuitatis conuenit competentem monasteriorum prouidentiam gerere;

Kerff: 4.216

cf. Coll.quad. 4.208

Source

Coll.Dach. 3.147 — CCHA.451.4 (Dion.II)

**CCXV. DE MONACHIS QVI AVT MILITARE COEPERINT. AVT VXORES
ACCEPERINT. EX EPISTOLA LEONIS PAPAE.**

Propositum monachi proprio arbitrio aut uoluntate susceptum deseri non potest aliquo peccato; Quod enim quis uouit deo reddere debet; Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam

uel ad nuptias deuolutus est publice pænitentię satisfactione purgandus est; quia [f. 155r] etsi innocens sit militia et honestum esse coniugium. electionem meliorum deseruisse transgressio est;
Kerff: 4.217

Source

DLEO.440.544, c. 14 (PL 54, cols 1207B–08A)

**CCXVI. DE VOTIS MONACHORVM AC VIRGINVM PREVARICANTIBVS. EX⁵¹
 EPISTOLA SIRICI PAPÆ.**

Igitur inpudicas detestabilesque personas monachorum scilicet atque monacharum. que abiecto proposito sanctitatis inlicita ac sacrilega se contagione miscuerunt: a monasteriorum cetu æcclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus restrusi in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint poenitudinis igne decoquet: ut eis uel ad mortem saltim solius misericordię intuitu uel communionis gratia possit indulgentia subuenire;

Kerff: 4.218

Source

Coll.Dach. 1.48 — DSIR.384.255, c. 7 (ed. Coustant, col. 629B–D) | abbrev., adapted

CCXVII. VT SANCTIMONIALES SI DE MONASTERIO EXIERINT ET INCESTA FOEDERA SE MISCVERINT AB EPISCOPO IN MONASTERIO REVOCENTVR SVB POENITENTIA RETRVDANTVR. EX EDICTIS GREGORII PAPÆ.

Peruenit ad uos quod quidam uir nequissimus diaboli instinctu de monasterio suaserit exire quandam deo sacratam: atque a quodam uiro unde exierat sit reuocata: rursusque eam uir ille nequissimus iniqua suasionem de monasterio eiciens apud se nunc usque retineat inpudice; Volumus autem ut episcopatus tui auctoritate in monasterio reuocetur ac retrudatur;

Kerff: 4.219

Source

DGRE.590.1770 (ed. Norberg, 828–29, lines 5–11) | partial, adapted

CCXVIII. DE SACRIS VIRGI[f. 155v]NIBVS ET HIS QVI EIS SOCIANTVR INLICITE EX DECRETIS GELASII PAPÆ.

Virginibus sacris se quosdam sociare cognouimus. et post dicatum propositum incerta foedera sacrilegaque miscere. quos protinus æquum a sacra communione detrudi: et nisi per publicam priuatamque pænitentiam non recipi: nisi certe uiaticum de seculo transeuntibus si tamen pænituerint denegari;

Kerff: 4.220

Source

DGEL.492.636, c. 20 (ed. Thiel, 373–74)

CCXIX. DE CONSECRATIONVM SENTENTIA BASILII EPISCOPI.

Firma autem tunc erit professio uirginitatis ex quo adulta iam etas esse coeperit. et ea que solet nuptiis apta deputari ac perfecta;

Kerff: 4.221

⁵¹ EX EPISTOLA] EXPL MS

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Source *BEN.AN. Cod.reg. 7 (eds Holste–Brockie, 74), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 7.3 (ed. Zelzer, 39)*

CCXX. VNDE SVPRA.

Ita placuit ut ante. XXV. annos ætatis nec diaconus ordinetur nec uirgines consecrentur;

Kerff: 4.222

Source *Coll.Dach. 3.79 — CCAR.397.1b (= Carthage III, 4, partial; CCAR.419.16d)*

CCXXI. DE TEMPORIBVS IN CONSECRATIONE VIRGINVM CONSTITVTIS. EX EPISTOLA GELASII PAPÆ.

Deuotis quoque deo uirginibus nisi aut in epiphania: aut in albis paschalibus: aut in apostolorum nataliciis sacrum minime uelamen inponant: nisi forsitan sicut de babtismate dictum est. graui languore correptis. ne sine hoc munere de seculo transeant implorantibus non negetur;

Kerff: 4.223

Source *DGEL.492.636, c. 12 (ed. Thiel, 369)*

CCXXII. DE VIDVIS. CVIVS SVPRA.

Viduas autem uelare pontificum nullis adtemptet quod nec auctoritas diuina deligat: nec canonum forma prestituit;

Kerff: 4.224

Source *DGEL.492.636, c. 13 (ed. Thiel, 369–70), partial*

CCXXIII. DE INFANTIBVS QVI OFFERVNTVR BASILII EPISCOPI.

[f. 156r] Oportet tamen infantes cum uoluntate et consensu parentum immo ab ipsis parentibus oblatos sub testimonio plurimorum suscipi: ut omnis occasio maledicti gratia excludatur omnium pessimorum;

Kerff: 4.225

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 59.2 (eds Spannagel–Engelbert, 299, lines 26–8); BEN.AN. Cod.reg. 7 (eds Holste–Brockie, 74), partial — BASIL–RVFINVS Regula, 7.4 (ed. Zelzer, 39)*

CCXXIII. VNDE SVPRA ISIDORI EPISCOPI.

Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit diligatus. nouerit se ibi perpetuo mansurum; Nam anna samuel puerum natum et ablactatum deo pietate optulit. qui in ministerio templi quo a matre fuerat functus permansit. et ubi constitus est deseruiuit {cf. 1 Rg 1:24–8};

Kerff: 4.226

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 59.2 (eds Spannagel–Engelbert, 300, lines 4–8); BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore’s rule),⁵² partial*

⁵² The relevant part of Isidore’s *Regula* is not printed by Campos, who believes it to be an interpolation based on CTOL.633.49; cf. *Reglas monásticas*, eds. Campos–Roca, 95 n. to line 89.

**CCXXV. DE PARVVLIS VTRIVSQUE SEXIS QVI HABITVM RELIGIONIS
TENVERVNT. EX CONCILIO TOLETANO.**

Si in qualibet minori ætate *uel* religionis tonsuram *uel* religioni debitam uestem in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint: certe aut nolentibus aut nescientibus se susceptam non mox uisam in filiis abdicauerint. sed *uel* coram se *uel* coram *ęcclesia* palamque in conuentu eosdem filios talem habere permiserint ad *secularem* reuerti habitum ipsis filiis quandoque poenitus non licebit: sed conuicto quod tonsuram aut religiosam uestem aliquando habuerint mox ad religionis cultum habitumque reuocentur. et sub strenua districtione huius sanctę obseruantię inseruire cogantur; Parentibus sane filios suos religioni contra[f. 156v]dicere non amplius quam usque ad decimum ætatis annum licentia poterit esse: postea uero an cum uoluntate parentum. an suę deuotionis sit solitarium uotum. erit filiis licitum religionis assumere cultum; Quisquis *autem* *uel* abolitione tonsurę. *uel* sæcularis uestis assumptione detectus fuerit adtigisse transgressionem. excommunicationis censuram accipiat et religioni. semper inhereat;

Kerff: 4.227

Source

Coll.Dach. 3.73 — CTOL.656.6 | partial

**CCXXVI. VT LAICI CONTEMPTORES CANONVM EXCOMMVNICENTVR CLERICI
HONORE PRIVENTVR. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

Si quis uero canonica statuta supergressus corruerit *uel* pro nihilo habenda putauerint. Si laicus *est* *communione*. Si clericus honore priuetur;

Kerff: 4.228

Source

CCAR.345.14 (= Carthage I, 14), last sentence

CCXXVII. DE EADEM RE. LEONIS PAPÆ.

Si quis fratrum contra hæc canonica statuta uenire temptauerit. et *prohibita* fuerit ausus admittere: a suo se nouerit officio submouendum. nec *communione nostrę* futurum esse consortem: qui socius esse noluit disciplinę;

Kerff: 4.229

Source

Coll.Dach. 3.26, partial — DLEO.440.402, c. 5 (ed. Wurm, 92, lines 3–7)

CCXXVIII. DE EADEM RE.

Omnia quę de æcclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis. Ita ut *uestra* dilectio custodiri deberet mandamus. ut si quis in illa commiserit ueniam sibi deinceps nouerit denegari;

Kerff: 4.230

Source

Coll.Dach. 3.26, partial — DLEO.440.402, c. 5 (ed. Wurm, 92–3, lines 10–13)

**CCXXVIII. VT EPISCOPI OMNESQVE CLERICI ANTEQVAM ORDINENTVR
CANONES AGNOScant NE QUID [f. 157r] CONTRA CANONES FACIANT. EX
CONCILIO CARTAGINENSE.**

Ita placuit ordinandis *episcopis* *uel* clericis. prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur ne se aliquod contra statuta concilii fecisse poeniteat;

Kerff: 4.231

Source

Coll.Dach. 3.135 — Reg.eccl.Cart.exc. 18a; Carthage III, 3 (cf. CCAR.397.2)

**CCXXX. VT NVLLI SACERDOTVM SVOS LICEAT CANONES IGNORARE. EX
EPISTOLA CALESTI PAPÆ.**

Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare. nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare;

Kerff: 4.232

Source

PHAL.800.5.16 — DCEL.422.371, c. 1 (ed. Coustant, col. 1072C), partial

CCXXXI. DE EADEM RE. EX DECRETIS LEONIS PAPÆ.

Ne excusatio de ignoratione nascatur: numquam enim ignorare licet sacerdotem quod canonum regulis fuerit desinitim;

Kerff: 4.233

Source

Coll.Dach. 3.25 — DLEO.440.402, c. 2 (ed. Wurm, 89, lines 22–4) | partial

**CCXXXII. VT STATVTA CANONVM FREQUENTER REVOLVANTVR AGVSTINI
EPISCOPI.**

Vt autem uos in hoc libello tamquam in speculo positi inspicere ualeatis: ne per obliuionem aliquid neglegatis. frequenter uobis legatur;

Kerff: 4.234

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 66.8 (eds Spannagel–Engelbert, 325, lines 10–12); BEN.AN. Cod.reg. 24 (eds Holste–Brockie, 352), first sentence — AVG. Praec. 8.2 (ed. Verheijen 437, lines 240–42)

CCXXXIII. VNDE SVPRA AVRELII EPISCOPI.

Ne per obliuionem aliquid neclegatis. semel ea in. XXX. diebus relegite. id est in kalendis;

Kerff: 4.235

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 66.8 (eds Spannagel–Engelbert, 325, lines 17–18); BEN.AN. Cod.reg. 55 (eds Holste–Brockie, 152), last sentence — AVREL. Reg.ad monach. 55.2 (ed. Schmidt, 256)

**CCXXXIII. DE HIS QVI COMMITTVNT INLICITA AVT A DECESSORIBVS
INVENIVNT AMMISSA. EX DE⁵³ CONCILIO HILARII EPISCOPI.**

Quisquis inlicitorum consecrator extitit factum suum ipse dissoluat: et quod commisit inlicite. aut a decessoribus inuenit ammissum. Si proprium periculum uult uitare dampnabit; Nos enim in nullo uoluerum seueritatem [f. 157v] ultionis exercere: sed qui in causis dei contumacia uel delicto deliquerit. aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit. in se quicquid in alio non resecauerit inueniet;

Kerff: 4.236

Source

Coll.Dach. 3.7 — CROM.465.2 (ed. Thiel, 161) | partial

⁵³ DE CONCILIO] DECL MS

CCXXXV. DE CANONVM PREVARICATORIBVS EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Si quis canonum decretorum temerator extiterit: sciat se status sui operatum fuisse iacturam;

Kerff: 4.237

Source *CCAR.397, ep.Aurel.et Miz. (ed. Munier, 28–9, lines 13–14)*

CCXXXVI. DE VINDICTA EORVM QVI CONTRA CANONES FACIUNT. EX CONCILIO NICENO.

Si quis uero preter hæc facit tamquam contraria statutis sanctis. huius concilii gerens ætiam ipse de statu sui ordinis periclitabitur;

Kerff: 4.238

Source *CNIC.325.2 (versio Isidori), partial*

CCXXXVII. DE HIS QVI PECCANTEM DEFENDUNT. EX STATVTIS SANCTI COLVMBANI EPISCOPI.

Defendere proximum uel consanguineum aut quemlibet peccantem contra iustitiam nullo modo permittimus;

Kerff: 4.239

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 69.4 (eds Spannagel–Engelbert, 330, lines 3–4); BEN.AN. Cod.reg. 23 (eds Holste–Brockie, 403, Waldeper's Rule, perhaps drawing on a lost work by Columbanus), first sentence*

CCXXXVIII. DE EADEM RE BASILII EPISCOPI.

Qui consentit peccantibus et defendit alium delinquentem maledictus erit apud deum et homines et corripietur increpatione seuerissima; Hinc et quidam sanctissimus pater ait: si que peccantem defenderit acrius quam ille qui peccauit coherceatur; Hinc et alius pater ait. si quis errori alterius consenserit: sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum;

Kerff: 4.240

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 69.1–4 (eds Spannagel–Engelbert, 329, line 17–p. 330, line 2), abbrev.*

Source (hinc et quidam ... coherceatur) *unidentified, but cf. SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 69.2–4 (eds Spannagel–Engelbert, 329, line 26)*

CCXXXIX. DE HIS ADVERSVS ALTERVM MANVS INICERE AVT CEDERE PRESVMVNT. EX EDICTIS BEATI AVRELIANT. {sic} [f. 158r]

Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere legitimam disciplinam accipiat;

Kerff: 4.241

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 70.2 (eds Spannagel–Engelbert, 330, lines 23–4); BEN.AN. Cod.reg. 13, (eds Holste–Brockie, 150) — AVREL. Reg.ad monach. 13 (ed. Schmidt, 244–45)*

CCXL. DE EADEM SANCTI FERIOI.

Clericus aut monachus in alterum inflammatus quod est turpissimum manum inicere non presumat: præter illos ad quos pertinet correctio; Si quis hæc transgressus fuerit disciplinis canonicis subiacebit;

Kerff: 4.242

Source (to correctio) SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 70.6 (eds Spannagel–Engelbert, 331, lines 15–16); BEN.AN. Cod.reg. 21 (eds Holste–Brockie, 160), partial — FERR. Regula, 21.1–2 (ed. Desprez, 135) | adapted

Source (from si quis) unidentified

CCXLI. DE CLERICIS FUGITIVIS LEONIS PAPAE.

Transfugam clericum uel monachum ad ecclesiam suam si intra prouinciam est metropolitanus redire compellat: si autem longius recessit tui precepti auctoritate reuocabitur. ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur;

Kerff: 4.243

Source Coll.Dach. 3.29 — DLEO.440.411, c. 9 (PL 54, col. 674B) | partial, adapted

CCXLII. VNDE SVPRA. SANCTI FERIOLI MARTYRIS.

Fugituum uero clericum aut monachum deserentem disciplinam perdentem se. uelut contemptorem placuit reuocari;

Kerff: 4.244

Source SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 29.3 (eds Spannagel–Engelbert, 233, lines 23–3); BEN.AN. Cod.reg. 20 (eds Holste–Brockie, 160), last sentence — FERR. Regula, 20.9 (ed. Desprez, 135)

CCXLIII. VT NEMO ALTERIVS CLERICVM AD HABITANDVM SVSCIPIAT SINE VOLVNTATE PRELATI. EX STATVTIS PATRVM.

Non licebit alterius clericum siue monachum sine uoluntate eius qui preest patris recipere. non solum recipere sed nec uidere oportet quia scriptum est quod tibi non uis alii ne feceris {cf. Tb 4:16};

Kerff: 4.245

Source (to oportet) SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 61.14 (eds Spannagel–Engelbert, 19–21); BEN.AN. Cod.reg. 13 (eds Holste–Brockie, 13), partial — Reg.IV patr. 4.4–5 (ed. de Vogüé, 198–200) | adapted

Source (from quia scriptum) unidentified

CCXLIIII. ITEM BEATI FERIOLI.

Monachum omnino siue clericum alterius ioci uel monasterii recipi sub qualibet causa nolumus. interdicimus. [f. 158v] prohibemus. prospicientes talia studio caritatis ne nouum sorte de {sorde corr.} scandali surgente inducat. dicit enim scriptura. quicquid tibi non uis alii ne feceris {cf. Tb 4:16};

Kerff: 4.246

Source SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 61.14 (eds Spannagel–Engelbert, 307, lines 30–3); BEN.AN. Cod.reg. 6 (eds Holste–Brockie, 157), partial — FERR. Regula, 6.1–3 (ed. Desprez, 129)

**CCXLV. VT NVLLIS ALIENVM CLERICVM SOLLICITARE VEL TENERE
PRESVMAT SVO EPISCOPO NON PREBENTE CONSENSVM. EX DECRETIS LEONIS
PAPÆ.**

Alienum clericum sine consensu episcopi ipsius nemo suscipiat. nemo sollicitet: nisi forte ex placito caritatis id est ut inter dantem accipientemque conueniat;

Kerff: 4.247

Source

Coll.Dach. 3.29 — DLEO.440.411, c. 9 (PL 54, col. 674B) | partial

**CCXLVI. VT DE ALIENO MONASTERIO SVSCEPTOS NEC PREPOSITOS
MONASTERII NEC CLERICOS LICEAT ORDINARE. EX CONCILIO AFRICANO.**

Item placuit ut si quis de alterius monasterio repertum uel ad clericatum promouere uoluerit. uel in suo monasterio maiorem monasterii constituerit: episcopus qui hoc fecerit excommunicationis hoc faciat; Si uero intra annum cæterorum communionem contentus sit. et ille neque clericus neque prepositus perseueret;

Kerff: 4.248

Source

Coll.Dach. 2.50 — Reg.eccl.Cart.exc. 80; Carthage V, 13

**CCXLVII. QVALEM SVSTINEAT VINDICTAM HIS QVI FVGAM ALTERIVS
AGNOVERIT. SI NON STATIM PRODIDERIT. IN STATVTIS PATRVM.**

Si quis eum qui distractionem ecclesiasticam non ferens fugam meditatur agnouerit: si non statim prodiderit proditoris illius participem se esse non dubitet. et tamdiu est a conuentu fratrum sequestrandus. quamdiu [f. 159r] ille ualeat reuocari;

Kerff: 4.249

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 24.3 (eds Spannagel–Engelbert, p. 220, line 31–p. 221, l.3); BEN.AN. Cod.reg. 13 (eds Holste–Brookie, 183), partial — Reg.monast.Tarnatensis, 13.7 (ed. Villegas, 32–3)

CCXLVIII. DE EO QVI PECCATVM ALTERIVS CONSENTIT.

Beatissimi et antiquissimi patres. paulus. stephanus. de hac re in suis statutis ita scripserunt; Si quis alterum in quacumque parte uiderit illicitum quicquam uel sermone uel opere facientem. et priori distulerit publicare. cognoscat se nutritorem esse peccati: et per omnia equalem peccati: quia et animę suę et illi est quem {tegit add. sup. lin.} durissimus inimicus; Ex hoc apud deum qui mala odit et apud cunctam fraternitatem execrabilis et infidelis habebitur: quia per habundantiam malitię noluit prodere ut corrigere potuisset errantem: et odio disciplinę dilexit malitiam. et adstitit omni uię non bonę {cf. Ps 35:5};

Kerff: 4.250

Source (from si quis)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 23.5 (eds Spannagel–Engelbert, 219, lines 8–15); BEN.AN. Cod.reg. 36 (eds Holste–Brookie, 143) — PAVL–STEPH. Regula 36 (Regula Pauli et Stephani. Edició crítica i comentari, ed. J.E.M. Vilanova, Scripta et documenta 11 [Montserrat, 1959], 122)

CCXLIX. DE EADEM RE BASILII EPISCOPI.

Qui alterius consentit peccato reus. esse. *perpenditur*: ideoque ut dignum est *non abscedat* impunis. sed *cum* eo cui consentit *contrahat poenam*;

Kerff: 4.251

Source

BEN.AN. Cod.reg. 121 (eds Holste–Brockie, 94), partial, abbrev. — BASIL–RVFINVS Regula, 121.int., 4 (ed. Zelzer, 147) | adapted

CCL. DE HIS QVI EXCOMMVNICATIS SINE LICENTIA IVNGVNTVR. EX INSTITVTIS CASSIANT.

Si quis *autem pro* qualibet culpa sua fuerit ab oratione suspensus. *nullus cum* eo orandi aut loquendi habeat *licentiam*. *antequam* supplicanti ei *uenia* a priore *tribuat*ur; Nam qui se orationi *uel* confabulationi eius *antequam* a priore *recipiatur* *inconsiderata pietate* sociare *presumpserit*. [f. 159v] *similis dampnationi eius efficiatur*. *tradens semetipsum uoluntarię* satanę. cui ille *secundum apostoli sententiam pro* sui reatus *emendatione* fuerat *deputatus*; Et in hoc *grauius* peccat quis *est*. ipsi *coniungit*. quia *solacium* ei *tribuens cor eius* *amplius* *facit* *indurari*: et *non* *permittit eum pro* hoc *quod* ab oratione fuerat *segregatus* de *satisfactione* sua et *uenia* *cogitare*. sed *maio*rem *superbię* *fomitem* et *contumaciam* *delinquentis* *nutrit* in *peius*;

Kerff: 4.252

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 26.2 (eds Spannagel–Engelbert, 226, lines 1–12) — JOHN CASSIAN, Regula 14 (ed. Ledoyen, 176)⁵⁴ | abbrev.

CCLI. VT SVPRA BASILII EPISCOPI.

Cum *excommunicato* *neque* *orare*. *neque* *loqui*. *neque* *uesci* cuique *licebit*;

Kerff: 4.253

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 26.2 (eds Spannagel–Engelbert, 225, lines 30–2); BEN.AN. Cod.reg. 17 (eds Holste–Brockie, 196), partial | abbrev., adapted — cf. ISIDORE, Regula 18 (ed. Campos, 117, lines 454–55)⁵⁵

CCLII. VT SVPRA.

Si quis *frater* aut *palam* aut *absconse cum* *excommunicato* fuerit *allocutus* aut *iunctus*. *communem* *statim cum* eo *excommunicationis* *contrahat* *penam*;

Kerff: 4.254

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 26.2 (eds Spannagel–Engelbert, 226, lines 13–15); BEN.AN. Cod.reg. 13 (eds Holste–Brockie, 246), partial — Reg.magistri 13.54 (ed. de Vogüé, 42–4)

CCLIII. DE HIS QVI MERITO FACINORVM SVORVM AB AECCLESIAE CONGREGOTIONE {CONGREGATIONE *corr.*} PELLVNTVR. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

⁵⁴ Note that Holste did not include Cassian's *Regula* in his edition, though it is found in manuscripts of Benedict's *Codex regularum*.

⁵⁵ Campos's text differs somewhat here from Benedict's.

Agustinus *episcopus* legatus *prouincię numidię dixit*. hoc statuere dignamini: ut si qui forte merito *facinorum suorum* ab *ęcclesia* *pulsi sunt*. et siue ab aliquo *episcopo uel presbitero* fuerint in *communione* suscepti: *ętiam ipse cum eis pari crimine teneatur obnoxius*. *refugientes sui episcopi* *regulare iudicium*; Ab *uniuersis episcopis dictum est omnibus placet*;

Kerff: 4.255

Source

Coll.Dach. 2.11 — CCAR.419.9

CCLIIII. FRVCTVOSI EPISCOPI.

[f. 160r] Cum *excommunicato nullus loquatur*. *neque quęlibet cum eo compassus eum uel miseratione refoueat*. *neque eum ad contradictionem uel superbiam confortare presumat*;

Kerff: 4.256

Source

BEN.AN. Cod.reg. 14 (eds Holste–Brockie, 205), partial — FRVCT. Regula, 13 (ed. Campos, 152, lines 271–74)

CCLV. DE HIS QVI COMMVNICANT INCOMMVNICATIS. EX CONCILIO ANTICENSE {ANTIOCENSE *corr.*}.

Non *autem* liceat *communicare incommunicatis*. {*id est excommunicatis gl. sup. lin.*} *neque per domus ingredi et cum eis orare*. *quia ęcclesię in oratione non participant*: *nec in alteram ęcclesiam recipi*. *qui ab alia excommunicantur*; *Quod si uisum fuerit cuilibet episcoporum. uel presbiterorum. aut diaconorum. uel etiam qui in canone detinentur. incommunicatis communicare*. et hunc oportet *communione priuari tamquam ęcclesię regulam confudentem*;

Kerff: 4.257

Source

CANT.328.2 (Isidori), partial

CCLVI. NEMINEM A SACERDOTE DE LEVIBVS CAVSIS DAMPNANDVM. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

Nullus sacerdotum quemquam recte fidei hominem pro paruis et leuibvs causis communione suspendat: *pręter eas culpas pro quibus antiqui patres ab ęcclesia arcere iusserunt committentes*;

Kerff: 4.258

Source

CORL.549.2

CCLVII. VT NON TEMERE QVEMQVAM COMMVNIONE PRIVETVR. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Quamdiu *excommunicato non communicauerit* *suus episcopus eidem episcopo* *ab aliis non communicetur episcopis*: *ut magis caueat episcopus. ne dicat quodquam quod aliorum documentis conuenire non potest*;

Kerff: 4.259

Source

Coll.Dach. 2.9 — Reg.eccl.Cart.exc. 133; Carthage VII, 5, last sentence

CCLVIII. VT QVÆLIBET CAUSA IN COMMVNI FRATRVM [f. 160v] VENTILETVR. AC PERSCRVTETVR CONVENTV: NE MALITIA PRIORIS INNOCENS IVNIOR OPPRIMATVR. SANCTI FRVCTVOSI EPISCOPI.

Quelibet causa in conuentu *communi fratrum* est uentilanda. et iuste ac subtiliter *perscrutanda*: ne fortasse dolositate et malitia senioris innocens iunior opprimatur; Rectori iuxta *personarum* acceptionem non liceat iudicare. neque aliquem fraudulenter uel iniuste dampnare: sed ut dictum est *spiritualium. uel ueridicorum fratrum* huiuscemodi rebus est talis tradenda. et retinenda sententia: qui sibi dei iudicium ponentes pre oculis. non permittant pessime opprimere animam innocentis;

Kerff: 4.260

Source

BEN.AN. Cod.reg. 14 (eds Holste–Brockie, 205), partial — FRVCT. Regula, 13 (ed. Campos, 152, lines 274–81)

CCLVIII. VT NVLLVS {NVLLVS cancell.} NIHIL RECTOR SINE FRATRVM SVORVM CONSILIO FACIAT.

Scriptum est enim *omnia fac cum consilio et post factum non pænitebis* {Sir 32:24}; Valde enim *pernecessarium est*. rectori consilium: dicente scriptura. *aurum et argentum. et constitutio pecudum. et super utrumque consilium bene placitum* {Sir 40:25}; In *minoribus autem* causis *sanctiores prudentioresque fratres* ad suum conuocet consilium. in *maioribus* uero utilitatibus *omnem fratrum conuocet congregationem*; Quod si aliter fecerit iuxta *sanctorum canonum* decreta antiquorum patrum regulas: irrita et infirma sit eius sententia;

Kerff: 4.261

Source

BEN.AN. Cod.reg. 3 (eds Holste–Brockie, 117) — BEN. Regula, 3 (ed. Hanslik, 29–31) | abbrev., adapted

CCLX. VT EPISCOPVS NVLLIVS CAVSAM AVDIAT ABSQVE PRESENTIA CLERICORVM SVORVM. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

[f. 161r] Irrita erit sententia *episcopi*. nisi clericorum suorum presentia confirmetur;

Kerff: 4.262

Source

Coll.Dach. 2.28 — SEA 14 (= Carthage IV, 23) | partial

CCLXI. ITEM SANCTI CYPRIANI EPISCOPI.

Firmum decretum esse non potest. quod non plurimorum uidebitur habuisse consensum;

Kerff: 4.264

Source

NOVAT. Epistola 30.5.3 (in Novatiani opera, ed. G.F. Diercks, CCSL 4 [Turnhout, 1972], 203, lines 27–8)

CCLXII. ITEM SANCTI OSII EPISCOPI.

Vniuscuiusque sententia uel a plurimis probetur si iusta est uel corrigatur si iniusta;

Kerff: 4.263

Source

cf. Coll.Dach. 2.34 — CSAR.347.17

CCLXIII. SI QVIS PROFESSA PAENITENTIA AD SECVLARIA ACTA REDIERIT. EX CONCILIO EPAVNENSE.

Si quis accepta *professaque* pænitentia boni inmemor ad *secularia* relabatur. prorsus *communicare non poterit*. nisi *professione quam* inlicite præter miserat reformetur;

Kerff: 4.265

Source

CEPA.517.23

**CCLXIII. SI HONORATVS CLERICVS IN FVRTO FALSITATE VEL PERIVRIO
FVERIT CONVICTVS. EX CONCILIO AVERLIANENSI.**

Si quis clericus *furtum* aut *falsitatem* ammiserit. et *quia* capitalia et ipsa sunt crimina *communione* concessa ab ordine degradetur; De *periuorio* uero id censuimus *obseruandum*: ut si quis clericus in causis quę sub iure iurando ueniende *sunt* *prebuerit* iuramenta: et post rebus *euidenti*bus detegitur *periurasse*: biennii tempore a *communione* pellatur;

Kerff: 4.266

Source

CORL.538.9

**CCLXV. QVAE MVLIERES IN DOMO HABITENT CLERICORVM. EX CONCILIO
AGATENSE.**

Id *ętiam* ad *custodiendam* *uitam* et *famam* speciali ordine *actione* *precipimus*. ut *nullus* clericorum *extraneę* mulieri qua[f. 161v]libet *consolatione* aut *familiaritate* *coniugatus*. et non *solum* in *domum* illius *extranea* mulier *non* accedat. sed nec ipse *frequentandi* ad *extraneam* mulierem habeat *potestatem*. sed *cum* *matre* tantum et *sorore*. *filia*. et *nepta*. si habuerit aut uoluerit *uiuendi* *liberam* habeat *potestatem*; De quibus *nominibus* nefas est aliud quam *natura* constituit *suspiciari*;

Kerff: 4.267

Source

CAGD.506.10

**CCLXVI. DE ANCILLAE VEL LIBERTAE CAELLARIVM TENEANT. VEL
SECRETVM INPENDANT MINISTERIVM CLERICORVM. EX CONCILIO
AGATENSE.**

Ancillas *uel* *libertas* a *cellario* *uel* a *secreto* ministerio. et ab eadem *mansione* in qua clericus manet placuit *remoueri*;

Kerff: 4.268

Source

CAGD.506.11

**CCLXVII. DE FAMILIARITATE EXTRANEARVM MVLIERVM. EX CONCILIO
AVRELIANENSE.**

Id quoque *statuimus*. ut ne quis *antestitum* aut clericorum *licentiam* habeat *intra* *domum* *suam* *ullam* *absque* *propinquis* mulieribus quas *priores* *canones* *elocuntur* *habere* *personam*; Quibus *ętiam* id *specialiter* *inhibetur*. ut si quis clericorum *suspicionem* *aduersam* aut *oblocutionem* *populi* mulierem *quamcumque* *fortassis* *incurrerit*: *eam* *statim* si *intra* *domum* *suam* *habet* *abiciat*: si certe *extranea* et *sui* *iuris* *est*. *ista* *omnibus* *condicionibus* *studeat* *inherere*. ut *fama* quę *excitata* *est* *abrogetur*; Quod si *quilibet* *ille* *antestitum* *uel* clericorum *quod* *supra* *scriptum* *est* *uitare* *noluerit*. *pro* *inoboe*[f. 162r]*dientia* *triennii* *excommunicatione* *multetur*; Quod si *adulterii* *permixtione* fuerit *adprobata* in *redargutione* *horum* *priorum* *canonum* *statuta* *seruentur*;

Kerff: 4.269

Source

CORL.538.4, partial

CCLXVIII. VNDE SVpra EX CONCILIO TVRONICO.

Et quia diabolo nullum locum dare {cf. Eph 4:27} oportet hoc precipue custodiendum decreuimus. ut nullam clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem. ne ull male loquendi uel sentiendi hominibus aditum tribuant: quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit. ut diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo {cf. Ps 9:30}. de ruinis seruorum dei insultet; Si quis uero clericus post interdictum episcopi sui inlicitis familiaritatibus extraneorum feminarum uoluerit inherere: a communione habeatur alienus;

Kerff: 4.270

Source

CTOU.461.3

CCLXIX. SI CLERICVS MATVTINIS OFFICIIS DEFVERIT. EX CONCILIO VENETICO.

Clericus qui intra muros ciuitatis suę manere constiterit. et ea die matutinis hymnis sine probabili excusatione egritudinis inuentus fuerit defuisse. VII. diebus a communione habeatur extraneus;

Kerff: 4.271

Source

CVAN.461.14

CCLXX. SI CLERICVS RELICTO OFFICII SVI ORDINE LAICAM VOLVERIT AGERE VITAM. EX CONCILIO TVRONICO.

Si quis uero clericus relicto officii sui ordine laicam uoluerit agere uitam uel se militię tradiderit excommunicationis poena feriatur;

Kerff: 4.272

Source

CTOU.461.5

CCLXXI. [f. 162v] DE HIS QVIS PRO QVALIBET CVLPA AD ÆCCLESIAM CONFVGERINT. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

De homicidis adulteris. et furibus si ad ꝛclesiam confugerint id constituimus obseruandum quod et ꝛclesiastici canones decreuerunt et lex romana constituit. ut ab ꝛclesię atrio uel domum episcopi eos abstrahi omnino non liceat sed nec aliter consignare nisi ad euangelia datis sacramentis de morte de debilitate et omni pænarum genere sint securi: Ita ut ei cui reo fuerit criminosus de satisfactione conueniat. quod si sacramenta sua quis conuictus fuerit uiolasse reus reus periurii non solum a communione ꝛclesię uel omnium clericorum uerum ꝛtiam catholicorum conuiuio separetur. quod si is cui reus est noluerit sibi intentionem facientem componi et ipse reus de ꝛclesię coactus timore discesserit ab ꝛclesia uel clericis non queratur;

Kerff: 4.273

Source

CORL.511.1

CCLXXII. SI PÆNITENTES A SECVLARIA REDIERIT. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

De his qui suscepta pænitentia religionem suę confessionis obliti ad *saecularia* relabuntur. placuit eos a *communione* suspendi: et ab omnium catholicorum conuiuio separari. quo si post *interdictum* cum eo quisque presumpserit cybum sumere et ipse *communione* priuetur;

Kerff: 4.274

Source *CORL.511.11*

CCLXXIII. DE CLERICIS POENITENTIBVS. EX EODEM CONCILIO.

Si *diaconus* aut *presbiter*. pro reatu suo se ab altaris *communione* [f. 163r] sub pænitentis *professione* submouerit. sic quoque si alii defuerint et causa certe necessitatis exoritur: *poscentem* babtismum liceat babtizare;

Kerff: 4.275

Source *CORL.511.12*

CCLXXIII. DE HOC SI PROFESSEꝞ VIDVÆ SI RAPTORIBVS CONSENSERINT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Professas uiduas sicut sensum prestiterint cum raptoribus esse dampnandas;

Kerff: 4.276

Source *Coll.Arel. 46*

CCLXXV. QVI OBLATIONES FIDELIVM SVPPRESSERINT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Secundum constitutionem synodi uasensis. qui oblationem *fidelium* subpresserit aut negauerit. ab *ecclesia* cui fraudem fecerit excludatur;

Kerff: 4.277

Source *Coll.Arel. 47*

CCLXXVI. DE HIS QVIBVS PACEM NON HABENT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Hii qui publicis *inter* se hodiis exardescunt ab *ecclesiasticis* conuentibus remouendi donec ad *pacem* recurrant;

Kerff: 4.278

Source *Coll.Arel. 50*

CCLXXVII. DE EXPOSITIS QUID SIT OBSERVANDVM. EX CONCILIO ARELATENSE.

Si expositus ante *æcclesiam* cuiuscumque fuerit miseratione *collectus* contestationis ponat *epistolam*: et si is qui *collectus est*. intra *decem* dies *quesitus* agnitusque *non* fuerit securus habeat *quod* collegit; Sane qui *post* *predictum* tempus *calumpniator* extiterit: ut *homicida* *æcclesie* *districtione* dampnabitur: sicut *patrum* *sanxit* auctoritas;

Kerff: 4.279

Source *Coll.Arel. 46*

CCLXXVIII. DE EADEM RE. EX CONCILIO AGATENSE.

De expositis id obseruandum quod iamdudum sinodus sancta constituit;

Kerff: 4.280

Source

CAGD.506.24

CCLXXIX. DE CLERICIS QVI ÆCCLESIAE DESERVIVNT.

[f. 163v] Clerici etiam omnes qui *ęcclesię fideliter uigilanterque* deseruiunt. stipendia *sanctis* laboribus debita *secundum* seruitii sui *meritum uel* ordinationem canonum a sacerdotibus *consequatur*;

Kerff: 4.281

Source

CAGD.506.36

CCLXXX. VT CLERICI AVGVRIA NON CVSTODIANT. NEC SCRIPTVRAS QVAS SORTES SANCTORVM VOCANT IN VSVM ETIAM LAICVS HABERE PRESVMAT. EX CONCILIO AGATENSE.

Ac ne id fortasse uideatur omissum quod maxime fidei catholicę religionis infestat. quod aliquanti clerici siue laici student auguriis. et sub nomine fictę religionis quas *sanctorum* sortes uocant diuinationis scientiam *profitentur*: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura *promittunt*; Hoc quicumque clericus *uel* laicus detectus fuerit. uel consulere. *uel* docere: ab *ęcclesia* habeatur extraneus;

Kerff: 4.282

Source

CAGD.506.42

CCLXXXI. VT DIEBVS DOMINICIS CARCERARII AB ORDINATORIBVS ÆCCLESIAE VISITENTVR. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

Id etiam miserationis intuitu *ęquum* duximus custodire. ut *pro* quibuscumque culpis in carceribus deputantur. ab archydiacono. seu a preposito *ęcclesię*. diebus singulis dominicis requirantur: ut necessitas uictorum *secundum preceptum* diuinum misericorditer subleuetur. atque a pontifice competens uictus de domo *ęcclesię* tribuatur;

Kerff: 4.283

Source

CORL.549.20

CCLXXXII. DE MINISTRIS QVI FAENERANT. EX CONCILIO ARELATENSE.

[f. 164r] De ministris qui fenerant placuit eos iuxta formam diuinitus datam communionem abstinere;

Kerff: 4.284

Source

CARL.314.13

CCLXXXIII. DE PVELLIS FIDELIBVS QVÆ GENTILIBVS IUNGVNTVR.

De puellis fidelibus que gentilibus iunguntur. placuit ut aliquanto tempore a *communione* separentur;

Kerff: 4.285

Source

CARL.314.12

CCLXXXIII. DE EADEM RE EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Item placuit ut filii clericorum gentilibus uel hereticis matrimonio non iungantur;

Kerff: 4.286

Source *CCAR.419.21*

CCLXXXV. SI QVIS PRO EO QVOD MANCIPIVM SVVM IN AECCLESIA RESIDET MANCIPIVM CLERICORVM PERVASERIT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad æcclesiam confugientibus crediderit occupanda: per omnes ecclesias districtissima dampnatione feriatur;

Kerff: 4.287

Source *Coll.Arel. 32*

CCLXXXVI. SI QVIS MANVM MISSVM INSERVERIT. EX CONCILIO ARELATENSE.

Si quis per testamentum manumissum in seruitute uel obsequium uel in colonaria condicione inprimere temptauerit animaduersione ecclesiastico arceatur;

Kerff: 4.288

Source *Coll.Arel. 33*

CCLXXXVII. DE CAVSIS IVSTIS VEL INIVSTIS CATHOLICORVM. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Catholicus qui causam suam siue iustam siue iniusta ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat excommunicetur;

Kerff: 4.289

Source *SEA 30 (= Carthage IV, 87)*

CCLXXXVIII. DE EO QVI DE AVDITORIO EXIERIT TEMPORE PREDICATIONIS. EX EODEM CONCILIO.

Sacerdote uerbum in ecclesia faciente qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur; [f. 164v]

Kerff: 4.290

Source *Coll.Dach. 2.95, second part — SEA 31 (= Carthage IV, 24)*

CCLXXXIX. VT POPVLVS ANTE COMPLETAM MISSAM ET BENEDICTIONEM ACCEPTAM ÆGREDI NON PRESVMAT. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

Cum ad celebrandas myssas in dei nomine conuenit populus {populus corr.}. non ante discedat quam missæ sollempnitas compleatur: et ubi episcopus fuerit benedictionem accipiat sacerdotis;

Kerff: 4.291

Source *Coll.Dach. 2.95, first part — CORL.511.26*

CCXC. VT VALLAMATIA ET PLACANTICA PROHIBEANTVR. EX CONCILIO TOLETANO.

Exterminanda omnino est inreligiosa consuetudo. quam uulgius per sollempnitates agere consuevit: ut populi qui debent officia diuina adtendere saltationibus turpibus inuigilent: canticis non solum sibi nocentes. sed et religiosorum officii per strepentes; Hoc et enim ut ab omni spania depellatur sacerdotum et iudicum a concilio sancto curę committitur;

Kerff: 4.292

Source

Coll.Dach. 2.97 — CTOL.589.23

CCXCI. OBLATIONES IN DOMIBVS NON OFFERENDAS. EX CONCILIO TAVDOCENSE.

Quod non oporteat in domibus oblationes celebrare ab episcopis uel a presbiteris.

Kerff: 4.293

Source

Coll.Dach. 2.100 — CLAO.300.58

CCXCII. QVALITER NOMINA FIDELIUM IN CÆLEBRATIONE MISSARVM RECITENTVR. EX EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ AD DECIVM EGVBINVM EPISCOPVM.

De omnibus uero recitandis antequam precem sacerdos sacerdos faciat atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt sua oratione commendet. quam superfluum et ipse pro tua prudentia recognoscis. Ut cuius hostiam necdum deo offe[f. 165r]res. eius ante nomen insinues; Quamuis illi incognitum nihil sit prius ergo oblationes sunt commendandę: actum eorum nomina quorum oblationes sunt edicenda: ut inter sacra mysteria nominentur. non inter alia que ante: ut ipsis ministeriis uiam futuris precibus aperiamur;

Kerff: 4.294

Source

DINN.401.311, c. 5 (ed. Coustant, cols 857A–B)

CCXCIII. VT SICVT. VI. FERIA. ITA SABBATO IEIUNANDVM EST. EX EADEM ÆPISTOLA.

Sabbato uero ieiunandum. esse. ratio euidetissima demonstrat; Nam diem dominicam ob uenerabilem resurrectionem domini nostri iesu christi non solum in pascha celebramus: uerum etiam per singulas ebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus; Si autem. VI^a. feria propter passionem domini ieiunamus: sabbatum preter mittere non debemus: quoniam inter tristitiam et lætitiã temporis illius uidetur. esse. inclusus; Nam utique constat apostolos biduo isto et in merore fuisse. et propter metum iudeorum se occultasse; Quapropter sicut. VI^a. feria ieiunandum dicimus: ita et sabbato hoc agendum: quia ambo dies tristitiam apostolis. uel his qui christum secuti sunt induxerunt; Qui die dominico hilaritati non solum ipsum festiuissimum. esse. uoluerunt uerum etiam per omnem ebdomadã frequentandum. esse. duxerunt;

Kerff: 4.295

Source

DINN.401.311, c. 7 (ed. Coustant, cols 859A–60B), abbrev.

CCXCIII. DE IEIUNIO. III^a. ET VI^a. FERIA. EX EDICTIS SANCTI APOLLONII.

Ieiunia sane legitima idem. III^a. et VI^a. feria. non soluenda nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia. III^a. feria iudas [f. 165v] de traditione domini cogitauerit: et. VI. feria cruxifixus est

saluator; Videbitur ergo qui in his diebus sine aliqua necessitate soluerit statuta ieiunia: uel cum tradente tradere saluatorem: uel cum crucifigentibus crucifigere;

Kerff: 4.296

Source

ANON.—RVFINVS *Vit.patr.* 7.15.8–9 (Rufinus's translation of the *Historia monachorum in Aegypto*, in *Historia monachorum sive De vita sanctorum patrum*, ed. E. Schulz-Flügel, *Patristische Texte und Studien* 34 [Berlin, 1990], 305)

CCXCV. DE DOMINICO DIE EX INSTITVTIS PATRVM.

Die *autem* dominico nihil aliud agendum est nisi deo uacandum; Nulla operatio in die illo *sancto* conperiat. nisi tantum hymnis et psalmis et canticis *spiritalibus* dies illa transeat;

Kerff: 4.297

Source

BEN.AN. *Cod.reg.* 9 (eds Holste–Brockie, 13), *partial* — *Reg.IV patr.* 3.6–7 (ed. de Vogüé, 194), *partial | abbrev., adapted (until nulla)*

CCXCVI. DE EADEM RE EX EPISTVLA GREGORII PAPÆ. AD IANVARIVM CARALITANVM EPISCOPVM.

Tanta *autem* nequitia ad aures meas de tua senectute *peruenit*: ut *eam* nisi adhuc humanius pensaremus: fixa iam maledictione feriremus. dictum quippe *est quod* dominica die priusquam missarum sollempnia cęlebrares ad exarandam messem latoris presentia *perrexisti*: et post exarationem eius missarum sollempnia celebrasti: post missarum sollempnia etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuisti; Quod *factum* que pena debuit omnes qui audiunt sciunt: et quidem poene sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus interim tacemus; Eos uero quorum consiliis hęc egisti duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita ut si quod eis intra duorum mensium spatium humanius euenerit [f. 166r] benedictione uiatici *non* priuentur: deinceps *autem* ab eorum consiliis *cautus* existat; Te quoque sollicite custodi: ne si eis in malo discipulus fueris quibus magister in bono esse debuisti: nec simplicitati tuę. nec ulterius senectuti parcamus;

Kerff: 4.298

Source

DGRE.590.1525 (ed. Norberg, 562–63, lines 8–30), *abbrev.*

CCXCVII. DE HIS QVI EX VASIS MINISTERII ÆCCLESIAE ALIQUID VENDIDERVNT. EX CONCILIO BRACHARENSE.

Si quis *presbiter* aut *diaconus* inuentus fuerit de ministeriis *ęcclesię* aliquid uenundasse: quia sacrilegium commisit. placuit eum in ordinatione *ęcclesiastica*. *non* habere; In iudicio tamen *episcopi* dimittendum est siue dignus sit siue indignus in suo recipi gradu: quia multotiens de hoc ipso quod sacrosancto altario intaminauerint. id cum *episcopi* potestate dimissum est;

Kerff: 4.299

Source

Coll.Dach. 3.96 — CBRA.572.17

CCXCIII.⁵⁶ VNDE SVPRA SIMPLICII PAPÆ.

⁵⁶ Chapter numbering skips back 5 here.

Ministeria ecclesie alienata reparare *presumptor* compellatur. et quod abstulit restituere cogatur;
Kerff: 4.300

Source *DSIM.468.570, c. 2 (ed. Thiel, 176–77); cf. Coll.Dach. 2.79⁵⁷ | partial, abbrev.*

**CCXCIII. DE PRESBITERIS QVI DE IVRE TITVLORVM SVORVM ALIQVID
ALIENARE PRESVMVNT. EX DECRETIS SIMACHI PAPÆ.**

Si quis presbiter de iure tituli sui *predia* aut quicquam quolibet modo. *aurum. uel gemmas.* uestes quoque si *sunt. uel* si accesserint: atque mobilia ad ornamenta diuina minime *pertinentia* perpetuo iure exceptis dumtaxat sub prefata condicione domibus alienare temptauerit. donator alienator. ac uenditor. honoris sui amissione [f. 166v] multetur;

Kerff: 4.301

cf. *Coll.quad. 4.302*

Source *Coll.Dach. 2.81 — CROM.502.16 (ed. Mommsen, 450, lines 7–11) | partial, adapted (until quolibet)*

CCXCV. CVIUS SVpra.

Nullus etenim pontifex magnam *uel* exiguam possessionem ecclesie sub perpetua alienatione *uel* commutatione ad cuiuslibet iura transferat. et nec rura in usumfructuum aliquibusdam re presumat: nec data retineri. preter clericos et captiuos atque peregrinos. ne male tractationis ministretur occasio; *Domus* uero ecclesiasticas que *sunt* in urbibus constitute tantum si necesse fuerit. sub iusta existimatione re ditibus et diuini timori iudicii committet; Nullus uero presbiter de iure tituli sui quicquam preter ea que supra scripta *sunt* quolibet modo perpetuo iure alienare audeat: quod si fecerit amissione sui ordinis plectatur; Nec non et qui *predium* ecclesie paterit aut acceperit: *uel* qui presbitorum aut diaconorum. seu defensorum danti subscripserint: quo iratus deus animas percutit anathemate feriat; Sicque accipienti *uel* subscribenti de superius comprehensis. quos anathemate feriri censuimus in statuta poena contubernio seruato quam premisimus in alienatore uindicet. nisi forte et alienator sibi dum repetit et qui acceperit ceteri restitutione prospexerit; Si quis uero dampnationem anathematis pro nihilo habuerit. si quod etiam contra fas conceptum fuerit documentum. quo se putat [f. 167r] *predium* possidere alienetur; Liceat etiam quibuscumque ecclesiasticis personis uocem contradictionis afferre. et ecclesiastica auctoritate fulciri: ita ut cum fructibus possit eadem alienata *predia* repossidere; Nec aliquo se ante tribunal christi obstaculo muniat. quia religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta. contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit;

Kerff: 4.302

Source (to committet)

Coll.Dach. 2.80, abbrev., adapted

Source (nullus uero ... plectatur)

Coll.Dach. 2.81, partial, abbrev., adapted; cf. Coll.quad. 4.301

Source (nec non et ... prospexerit)

Coll.Dach. 2.82, adapted (until paterit)

Source (from si quis uero)

Coll.Dach. 2.83, adapted (until etiam quibuscumque)

Source

cf. CROM.502.14 (ed. Mommsen, p. 449, line 11–p. 451, line 5)

⁵⁷ D'Achery–de la Barre's text lacks the phrase *et quod abstulit restituere cogatur*; cf. Thiel, *Epistolae*, 177 n. 9.

CCXCVI. VT PRESBITERI REM ÆCCLESIAE IN QVA SVNT CONSTITVTI NON VENDANT ET NVLLO EPISCOPO LICEAT REM TITVLI MATRIS ÆCCLESIAE VSVRPARE. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Item placuit ut *presbiteri non* uendant rem *ęcclesię ubi sunt* constituti. *nescientibus episcopis* suis: quomodo et *episcopis non* liceat uendere *predia ęcclesię* ignorante concilio *uel presbiteris* suis; Non habente ergo necessitate nec *episcopis* liceat *matris ęcclesię* rem tituli sui usurpare.

Kerff: 4.303

Source

Coll.Dach. 2.85 — CCAR.419.38

CCXCVII. DE VINDITIONIBVS QVAS ABBATES FACERE PRESVMVNT. EX CONCILIO AGATENSE.

Venditiones quas abbates facere *presumunt* hęc forma *seruetur*. ut quicquid sine *episcopi* notitia *uenditum* fuerit. ad potestatem *episcopi* *reuocetur*; Mancipia uero monachys donata abbates *non* licet liberare; *Iniustum enim* *putamus* ut monachys *quotidianum* *rarale* {*rvrale corr.*} opus *facientibus* *serui eorum* *libertatis* otio *potiantur*;

Kerff: 4.304

Source

*Coll.Dach. 2.93*⁵⁸ — *CEPA.517.8, partial (= CAGD.506.56)*

CCXCVIII. DE EADEM RE ISIDORI EPISCOPI.

Abbati *uel* monacho *monasterii* *seruum non* licebit facere [f. 167v] *liberum*; Qui enim nihil *proprium* habet *libertatem* rei *alienę* dare non debet; Nam sicut et *sanctę* *leges* *sanxerunt non* potest alienari *possessio* nisi a *proprio domino*;

Kerff: 4.305

Source

BEN.AN. Cod.reg. 18 (eds Holste–Brockie, 196) — ISIDORE, Regula 20 (ed. Campos, 119, lines 494–97)

CCXCVIII. DE HIS QVI ALIQVID EX REBVS ÆCCLESIE AVFERVNT. EX CONCILIO TOLETANO.

Si quis *episcoporum* aut *presbiterorum* *uel* *ministorum* ex *rebus ęcclesię* que in *quibuscumque* locis a *fidelibus* *largiuntur* *aliquid* aufert. *uel* *iuri* suo aut *cathedre* *proprie* *unitate* *conectit*: et male *rapta cum* *confusione* *restituēt*. et *excommunicationis* *annuę* *sententiam* *subiit*.

Kerff: 4.306

Source

Coll.Dach. 2.89 — CTOL.655.1 | partial, abbrev.

CCC. VT NON PRESVMAT EPISCOPVS AVT QVISQVAM EX FAMILIIS ÆCCLESIE FACERE LIBEROS. EX CONCILIO TOLETANO.

Nullus episcopus aut *quisquam* *liberos* ex *familiis ęcclesię* ad *condempnationem* *suam* facere *presumat*; *Impium est enim* ut qui *res suas ęcclesię christi non* contulerit *dampnum* *inferat*. et *eius*

⁵⁸ This chapter was not edited by d'Achery–de la Barre, but can be found in, e.g., Bern, Burgerbibliothek, MS 425, fol. 42v, and Cologne, Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek, Codex 122, fol. 89v.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

ęcclesię alienare intendat; Tales igitur libertos successor *episcopus* absque aliqua oppositione ad eius ęcclesię reuocabit: quia eos non ęquitas sed *inprobitas* soluit;

Kerff: 4.307

Source *Coll.Dach. 2.94*⁵⁹ — *CTOL.633.67 | partial*

CCCI. DE ORDINATIONE SENTENTIA SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI.

Non in oratorio aliquid agatur: ad quod est factum unde et nomen accepit; Aut si forte ętiam aliqui preter oras constitutas si eis uacat et orare uoluerint. *non* eis sint inpedimento qui ibi aliquid tale agendum putauerint;

Kerff: 4.308

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 52.5 (eds Spannagel–Engelbert, 277, lines 2–5); cf. BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 349), partial*⁶⁰ — *AVG. Praec. 2.2 (ed. Verheijen, 420)*

CCCII. ITEM ALIBI.

In oratorio pręter orandi [f. 168r] et psallendi dei cultum pęnitus nihil agatur. ut nomini huic et opera iugiter inpena concordent: ut si aliquis preter constitutas horas *domino* supplicaturus ingreditur. uotum suum occupatio aliena *non* tardet;

Kerff: 4.309

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 52.5 (eds Spannagel–Engelbert, 277, lines 6–9) — Reg.monast.Tarnatensis, 15.1–2 (ed. Villegas, 35)*

CCCIII. DE EADEM RE SANCTI BENEDICTI ABBATIS.

Oratorium hoc sit quod dicitur. nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur;

Kerff: 4.310

Source *SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 52.1 (eds Spannagel–Engelbert, 276, line 25)*

CCCIII. VT NVLLVS IN ęCCLESIA CONVIVIA FACIAT. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Vt nulli *episcopi* uel clerici in ęcclesia conuiuentur. nisi forte transeuntes hospitio necessitate illic reficiant: populi etiam ab huiusmodi conuiuuiis quantum potest fieri *prohibeantur*;

Kerff: 4.311

Source *CCAR.397.29 (= Reg.eccl.Cart.exc. 42; Carthage III, 30)*

CCCIV. VNDE SVpra EX CONCILIO LAVDOCENSE.

Non oportet in domiciliis seu ęcclesiis agapem facere: et intus manducare uel accubitus sternere;

Kerff: 4.312

Source *CLAO.300.28 (Isidori)*

⁵⁹ This chapter was not edited by d'Achery–de la Barre, but can be found in, e.g., Bern, Burgerbibliothek, MS 425, fol. 42v, and Cologne, Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek, Codex 122, fols 89v–90r.

⁶⁰ Holste's text differs somewhat from Smaragdus's here.

CCCVI. VT NIHIL AGATVR IN ÆCCLESIA PRETER ORATIONES AC LECTIONES DIVINASQVE MEDITATIONES.

Dominus Iesus cum inuenisset in templum uendentes et ementes et numularios sedentes ad mensas. fecit quasi flagellum de funiculis. omnesque eiecit de templo {Io 2:14–15}; Si enim ea que licite uendi uidebantur in templo. et ad hoc ea emebantur ut in eodem templo offerentur domino ipse foras eiecit: quanto magis faceret si rixis desidentes: fabulis uacantes: ac risu dissolutos inueniret; Ideoque prohibendum est quicquam agere in ecclesia [f. 168v] preter opus diuinum; Si quis hæc uiolauerit a conuentu proiciatur ecclesie usquequo emendetur;

Kerff: 4.313

Source (to inueniret)

ALCVIN. Commentaria in Sancit Ioannis euangelium, vers. 2:14–15 (in PL 100, cols 773A–B), partial — BEDE, Hom.ev. 2.1 (ed. Hurst, 185, lines 31–45) | abbrev., adapted

Source (from ideoque)

unidentified

CCCVII. QVOD NEMO CLERICVS SECVLARIBVS OBLIGETVR NEGOTIIS. EX EPISTVLA SANCTI CYRIANI MARTYRIS AD PRESBITEROS ET DIACONOS PLEBEMQVE FVRNENSEM.

Cyprianus presbiteris. diaconibus. plebi furnis consistentibus salutem; Iampridem concilio episcoporum statutum est ne quis de clericis et dei ministris tutorem uel curatorem testamento suo nominauerit: quando singuli diuino sacerdotio honorati et in clero ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deseruire. et precibus atque orationibus uacare debeant; Scriptum est enim. nemo militans deo obliget {id est implicet gl. sup. lin.} se molestiis {uel negotiis gl. sup. lin.} secularibus: ut possit placere ei cui se probauit {id est promisit gl. sup. lin.} {2 Tim 2:4}; Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes et salubriter prouidentes censuerunt. ne quis excedens ad tutelam uel curam clerum nominaret: ac si quis hoc fecisset non offeretur pro eo: nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur; Neque enim apud altare dei meretur nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes et ministros uoluit auocare;

Kerff: 4.314

Source

CYPR. Epistola 1.1–2 (ed. Hartel, p. 465, line 2–p. 466, line 21), abbrev.

CCCVIII. ITEM VNDE SVPRA EX EADEM.

Molestiis et secularibus laqueis obligari non debent: qui diuinis rebus et spiritalibus occupati sunt nec terrenos et seculares actus sectari;

Kerff: 4.315

Source

CYPR. Epistola 1.1 (ed. Hartel, 465, lines 15–18), adapted

CCCVIII. DE EADEM RE.

[f. 169r] Hii qui in ecclesia domini ad ordinationem clericalem promouentur. in nullo ab ministracione diuina auocentur. ne molestiis et negotiis secularibus alligentur. nec ab altare et sacrificiis recedant. sed die ac nocte celestibus rebus et spiritalibus seruiant;

Kerff: 4.316

Source

CYPR. Epistola 1.1 (ed. Hartel, 466, lines 10–15), abbrev.

CCCX. VNDE SVpra.

Sacerdotum decretum religiose et necessarie factum seruetur a nobis. simul et ceteris fratribus detur exemplum. ne quis sacerdotes et ministros dei altari eius et ecclesie uacantes ad seculares molestias deuocet; Obseruari enim de caetero poterit ne que ultra hoc faciat circa personam clericorum: sed quod nunc factum est fuerit uindicatum;

Kerff: 4.317

Source

CYPR. Epistola 1.2 (ed. Hartel, 467, lines 4–9)

CCCXI. DE CLERICIS VSVRIS ACCIPIENTIBVS. EX CONCILIO NICÆNO.

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam et turpia lucra sectantur. oblique diuine scripture dicentis. qui pecuniam suam non dedit ad usuram {Ps 14:5}. mutuum dantes centesimos exigunt; Iuste censuit sancta et magna synodus. ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usurans accipiens. aut ex inuentione aliqua uel quolibet modo negotium transiens. aut emicla. {hemicla corr.} id est sexculpa exigens. uel aliquod tale prorsus excogitans turpis lucri gratia deiciatur a clero: et alienus existat a regula;

Kerff: 4.318

Source

PHAL.800.5.9 — CNIC.325.17 (Dion.II)

CCCXII. VT NVLLVS PRESBITERI AVT DIACONVS CONDVCTOR EXISTAT [f. 169v] ET CLERICI ABSTINEANT SE AB VSVRIS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Presbiteri. et diaconi non sint conductores aut procuratores. neque ulli turpi negotio et inhoneste uictum querant: quia respicere debent scriptum est nullus militans deo implicet se negotiis secularibus {2 Tim 2:4}; Si quis commodauerit pecuniam. pecuniam accipiat: si speciem. eandem speciem quantum dederit accipiat;

Kerff: 4.319

Source

PHAL.800.5.10; Coll.Dach. 3.118, partial — CCAR.419.16.a–c | abbrev.,

CCCXIII. QVOD VSVRAM LAICI CHRISTIANI EXIGERE NON DEBEANT. EX EPISTVLA LEONIS PAPAE.

Nec hoc quoque pretereundum duximus quosdam lucri turpis cupiditate captos. usurariam exercere pecuniam. et foenore uelle ditescere. quod non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti: sed et in laicos cadere qui christianos se dici cupiunt; Condolemus quod uindicari acrius in eos qui fuerint talibus computati; Decernimus ut omnes peccandi oportunitas adimatur;

Kerff: 4.320

Source

PHAL.5.34, first part; Coll.Dach. 1.122 — DLEO.440.402, c. 3 (ed. Wurm, 91, lines 3–9)

CCCXIII. VT ABSQVE NECESSITATE PEREGRINATIONIS CLERICI TABERNAS NON INGREDIANTVR. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Vt clerici edendi uel bibendi causa tabernas non ingrediantur. nisi peregrinationis necessitate;

Kerff: 4.321

Source

Coll.Dach. 3.60 — CCAR.397.26 (= Carthage III, 27; Reg.eccl.Cart.exc. 40)

CCCXV. VT SVpra EX CONCILIO LAVDOCENSE.

Quod *non* oporteat sacro ministerio deditis a *presbiteris* usque ad *diaconos* et reliquum *ecclesiasticum ordinem*. id est. usque ad *subdiaconos*. *lectores*. *cantores*. *exorcistas*. et *hostiarios*. et ex numero *continentium*. et *monachorum*. [f. 170r] ingredi tabernas;

Kerff: 4.322

Source

Coll.Dach. 3.51 — CLAO.300.24 (Dion.II)

CCCXVI. VNDE SVpra EX INSTITVTIS PATRVm.

Tabernas nullus clericorum ut canonum prohibent decreta causa sumendi audeat ingredi; Si quis hæc uiolauerit: ut canonum sanctorum contemptor acerrimis corripatur ut dignum est disciplinis;

Kerff: 4.323

Source

unidentified

CCCXVII. VT CLERICI AD DIVINVM OFFICIVM DATO SIGNO OCCVRRVNT OMNI CVM FESTINATIONE.

Cum index in oratione percussus fuerit. mox omnes audientes antequam currant sibi crucem in fronte pingant respondentes deo gratias; Et tunc laborantes opus perficiant: artifices ferramenta dimittant. scriptores litteram non integrent. omnium manus differat quod agebat; Festinet statim cum grauitate pes ad oratorium. sensus ad deum: ut mox ad primam orationem occurrant. et tamquam apes ad mel inrantium in oratorium fratrum examen ebulliat. ut qui tacitus erat sancti oratorii locus. statim psalmorum clamoribus impleatur;

Kerff: 4.324

Source

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 43.3 (eds Spannagel–Engelbert, 264, lines 17–25), quoting Reg.magistri 54.5 and 1–4 (ed. de Vogüé, 256–58)

CCCXVIII. VNDE SVpra CASSIANI.

In eodem puto quod aures eius sonus signi aduenerit. coeptum litteram non audeat consummare. antequam ad orationem pergat.

Kerff: 4.325

Source (to consummare)

SMARAG. Exp.in reg.S.Ben. 43.3 (eds Spannagel–Engelbert, 264, lines 15–17) — JOHN CASSIAN, Regula 16 (ed. Ledoyen, 178), partial

Source (from antequam)

unidentified

CCCXVIII. VNDE SVpra.

Si quis audito signo ad diuinum opus non statim absque ulla mora ad ecclesiam festinauerit exclusus pro reatu tanti facinoris confundatur;

Kerff: 4.326

Source

BEN.AN. Cod.reg. 5 (eds Holste–Brockie, 181), first sentence — Reg.monast.Tarnatensis, 5.1 (ed. Villegas, 21) | adapted

CCCXX. VT CVIVSLIBET [f. 170v] ORDINIS CLERICVS SI TARDIVS AD ÆCCLESIAM VENERIT DEONATVR. EX CONCILIO TOLETANO;

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Vt presbiter. uel diaconus. uel subdiaconus. uel quilibet ecclesie deputatus clericus. si intra ciuitatem fuerit. uel in loco ecclesia est aut castelli. aut uici. aut uille. ad ecclesiam ad sacrificium cotidianum non uenerit: in clero non habeatur. si castigatus per satisfactionem ueniam ab episcopo noluerit promereri;

Kerff: 4.327

Source

Coll.Dach. 3.50 — CTOL.397.5

CCCXXI. DE CONTVMATIBVS {CONTVMACIBVS CORR.} CLERICIS ET AD OFFICIUM TARDIS. EX CONCILIO AGATENSE.

Contumaces uero clerici prout dignitatis ordo premiserit ab episcopis corrigantur. et si qui priori gradus elati superbia communionem fortasse contempserint aut ecclesiam frequentare. aut officium suum implere neglexerint. peregrina communio tribuatur: ita ut cum eos poenitentia correxerit rescripti in matricula gradus sui dignitatem recipiant;

Kerff: 4.328

Source

Coll.Dach. 3.48 — CAGD.506.2

CCCXXII. DE CLERICIS IN TESTIMONIO FALSO CONVICTIS. EX CONCILIO EPAVNENSE.

Si quis clericus in falso testimonio conuictus fuerit. reus capitalis criminis censeatur;

Kerff: 4.329

Source

CEPA.517.13

CCCXXIII. SI PRESBITERI AVT DIACONVS CRIMEN CAPITALE COMMISERINT. EX EODEM CONCILIO.

Si presbiteri. aut diaconi crimen capitale commiserint. ab officii honore depositi in monasterio recludantur: ibi tantummodo quamdiu uixerint communionem sumenda priuentur. excepto [f. 171r] quod precipue poenitentem sint;

Kerff: 4.330

Source (to 'sumenda')

CEPA.517.22

Source (from 'priuentur')

unidentified

CCCXXIII. DE ABBATE IN CVLPA INVENTO. EX CONCILIO QVO SVpra.

Abbas si in culpa reperiatur aut fraude. innocentem se asserens. episcopi sui prius. si necesse postea fuerit metropolitani iudicio deducatur;

Kerff: 4.331

Source

CEPA.517.19. Note: the text in A5 is adapted

CCCXXV. VT ABBAS NON AMPLIUS QVAM VNI PRESIDEAT MONASTERIO. EX CONCILIO AGATENSE.

Abbatibus quoque singulis diuersas cellulas aut plura monasteria habere non liceat. nisi tantum propter occursum hospitalitatis intra muros receptacula collocare;

Kerff: 4.332

Source

CAGD.506.39, last sentence

CCCXXVI. EX CONCILIO EPAVNENSE.

Vnum abbatem duobus monasteriis interdicimus presidere;

Kerff: 4.333

Source *CEPA.517.9*

CCCXXVII. VT NVLLVS ABBATEM PER PREMIA PREPONAT. EX CONCILIO PARISIENSE.

Nemo per premia abbatem preponat. quod si quis facere presumpserit communionem priuetur;

Kerff: 4.334

Source *CINC.615.11, adapted (until quod si)*

CCCXXVIII. DE EADEM RE GREGORII PAPÆ.

Abbas quem sibi propria uoluntate congregatio elegerit sine dolo uel uenialitate aliqua ordinetur ab episcopo ciuitatis;

Kerff: 4.335

cf. Coll.quad. 4.206

Source (to ordinetur)

DGRE.590.1504 (ed. Norberg, 536–37, lines 24–6), abbrev.

Source (ab episcopo ciuitatis)

unidentified

CCCXXIX. VT EPISCOPIVS NVLLVM AD SACRVM ORDINEM MONACHVM AVDEAT PROMOVERE ABSQVE ABBATIS SVI VOLVNTATE EX EPISTVLA GREGORII PAPÆ.

Ad ecclesiasticum uero officium nullus ex monasterio producat^{ur} monachus. nisi quem abbas loci ammonitus propria uoluntate obtulerit episcopo;

Kerff: 4.336

Source

DGRE.590.1504 (ed. Norberg, 537, lines 38–40), ex monasterio and episcopo added (but implied by source)

CCCXXX. DE EADEM RE.

In gradum de monachis ordinari cum consensu et uoluntate [f. 171v] abbatis presumat episcopus.

Kerff: 4.337

Source

CAGD.506.11, last sentence, abbrev. (but in gradum added)

CCCXXXI. DE CLERICIS INDICTA IEIUNIA NON OBSERVANTIBVS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Clericum qui tempore ieiunii absque ineuitabili necessitate ieiunium rumpit minorem habendum;

Kerff: 4.338

Source

SEA 76 (= Carthage IV, 62)

CCCXXXII. DE DIE DOMINICO NON IEIUNANDVM. EX EODEM CONCILIO.

Qui die dominico studio ieiunat non credatur catholicus;

Kerff: 4.339

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Source *SEA 77 (= Carthage IV, 64)*

**CCCXXXIII. VT CLERICVS ARTIFICIO VICTVM QVÆRAT. EX CONCILIO
CARTAGINENSE.**

Clericus quamlibet uerbo dei eruditus sit artificio uictum quærat;

Kerff: 4.340

Source *SEA 79 (= Carthage IV, 51)*

CCCXXXIII. DE OBPRESSORIBVS PAVPERVM.

Eorum qui pauperes opprimunt dona a sacerdotibus refutanda sunt;

Kerff: 4.341

Source *SEA 69 (= Carthage IV, 94)*

**CCCXXXV. DE CHRISTIANIS CATHOLICIS TRIBVLATIONES PATIENTIBVS. EX
EODEM CONCILIO.**

Christianum catholicum qui *pro* catholica fide tribulationes patitur a sacerdotibus honorandum etiam in cotidiani uictus ministerio.

Kerff: 4.342

Source *SEA 70 (= Carthage IV, 43)*

**CCCXXXVI. CLERICVS IN ANGVSTIIS SI AB OFFICIO CESSAVERIT. EX EODEM
CONCILIO.**

Clericum interpretationes ab officio declinantem uel neglegentius agentem ab ipso officio submouendum;

Kerff: 4.343

Source *SEA 72 (= Carthage IV, 50)*

CCCXXXVII. IN TRIBVLATIONE CLERICVS OFFICIVM NON PREPONAT.

Clericum inter temptationes officio suo incubantem gradibus sublimandum;

Kerff: 4.344

Source *SEA 71 (= Carthage IV, 42)*

**CCCXXXVIII. SEDITIONARIVM CLERICVM NON ORDINANDVM AVT
VSVRARIVM. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

[f. 172r] Seditiosarios numquam ordinandos clericos. sicut nec usurarios uel iniuriarum suarum ultores;

Kerff: 4.345

Source *SEA 55 (= Carthage IV, 67)*

**CCCXXXIX. DE PAVPERIBVS ET SENIBVS ÆCLESIE. EX CONCILIO
CARTAGINENSE.**

Pauperes. et senes. ecclesie plus ceteris honorandos;

Kerff: 4.346

Michael D. Elliot, May, 2013

*Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)*Source *SEA 32 (= Carthage IV, 83)***CCCXL. QVIBVS SENIBVS INGERENDA SIT INCREPATIO. VEL RETRAHENDA: EX EPISTVLA GREGORII PAPÆ. AD IANVARIVM EPISCOPVM CARALITANVM.**

Predicator omnipotentis domini paulus apostolus dicit. seniore[m] ne increpaueris {1 Tim 5:1}: sed hec eius regula in ea reseruanda est. cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum; Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum prebet. ibi districta increpatione feriendus est;

Kerff: 4.347

Source *DGRE.590.1525 (ed. Norberg, 562, lines 2–6)***CCCXLI. QVI RELIGIOSVS EST PREPONENDVS EST. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

Vir qui religiosus proponendus est. ab episcopo loci probetur;

Kerff: 4.348

Source *SEA 39 (= Carthage IV, 97)***CCCXLII. LAICVS PRESENTES CLERICOS DOCERE {NON add. sup. lin.} PRESVMAT EX EODEM CONCILIO.**

Laicus presentibus clericis nisi ipsis prouocandis docere non audeat;

Kerff: 4.349

Source *SEA 38 (= Carthage IV, 98)***CCCXLIII. MVLIER IN CONVENTV DOCERE VIROS NON AVDEAT. EX CONCILIO QVO SVpra.**

Mulier qui⁶¹ cum is docta et sancta sit. uiros in conuentu docere non audeat.

Kerff: 4.350

Source *SEA 37 (= Carthage IV, 99)***CCCXLIII. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

Mulier baptizare non presumat;

Kerff: 4.351

Source *SEA 41 (= Carthage IV, 100)***CCCXLV. BENEDICENDO SPONSO ET SPONSA. EX CONCILIO CARTAGINENSE.**

[f. 172v] Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote. a parentibus aut a paranimphis offerantur. qui cum benedictionem acceperint: eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in uirginitate maneant;

Kerff: 4.352

Source *Coll.Dach 1.61 — SEA 101 (= Carthage IV, 13)*

⁶¹ qui cum is] quicuis with macron over c; read quamuis

CCCXLVI. QVALES SINT VIDVÆ QVÆ AECCLESIE STIPENDIO SVSTENTENTVR. EX EODEM CONCILIO.

Viduæ quæ stipendio ecclesie sustentantur. tam assidue in dei opere esse debent. quæ et meritis et orationibus suis ecclesia uiuent;

Kerff: 4.353

Source *SEA 102 (= Carthage IV, 103)*

CCCXLVII. DE VIDVIS ADOLESCENTIBVS. EX EODEM CONCILIO.

Viduæ adolescentes quę corpore debiles sunt. sumptu ecclesie cuius uiduę sunt sustententur;

Kerff: 4.354

Source *SEA 36 (= Carthage IV, 101)*

CCCXLVIII. ITEM DE VIDVIS ADOLESCENTIORIBVS. EX EODEM CONCILIO.

Ad reatum episcopi pertinet uel presbiteri qui parrochie preest. si ad sustentandam causam uite presentis adolescentiores uel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiciantur;

Kerff: 4.355

Source *SEA 68 (= Carthage IV, 102)*

CCCXLIX. IN VTROQVE SEXV SI PROFESSAM CASTITATEM PREVARICAUERINT.

In utroque sexu desertores professę castitatis preuaricatores habendi sunt: et his omnibus per pænitentiam legitimam consulendum est;

Kerff: 4.356

Source *CORA.441.27*

CCCL. DE HIS QVI AMENTES SVNT. EX CONCILIO ARAVSICO.

Amentibus quęcumque pietatis sunt conferenda;

Kerff: 4.357

Source *CORA.441.12*

CCCLI. DE INERGVMINIS OMNI DIE AB EXORCIS[f. 173r]TIS MANVS INPONENDAE. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Omni die exorcistę inerguminis manus inponant;

Kerff: 4.358

Source *Coll.Dach. 2.112.b — SEA 62 (= Carthage IV, 90)*

CCCLII. EX EODEM CONCILIO.

Pauimenta domorum dei inergumini uocantur;

Kerff: 4.359

Source *Coll.Dach. 2.112.c — SEA 63 (= Carthage IV, 91)*

CCCLIII. DE INERGVMINIS PVGNATIONE. EX CONCILIO ARAVSICO.

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

Inergumini baptistati se de purgatione sua curant. et se sollicitudini clericorum tradunt. monitisque optemperant. omnimodis *communicent*: sacramenti ipsius uirtute muniendi ab incursu demonum quo infestantur uel purgandi: quorum iam ostenditur uita purgator;

Kerff: 4.360

Source *CORA.441.13*

CCCLIII. DE INERGVMINIS CATICVMINIS. EX EODEM CONCILIO.

Inerguminis caticuminis quantum uel necessitas exierit uel oportunitas permiserit de baptisate consulendum est;

Kerff: 4.361

Source *CORA.441.14*

CCCLV. DE HIS QVI PALAM ALIQVANDO ARREPTI SVNT. EX EODEM CONCILIO.

Qui palam aliquando arrepti sunt. non solum non assumendi ad ullum ordinem clericatus. *sed*. si iam aliqui ordinati sunt ab inposito officio repellendi;

Kerff: 4.362

Source *CORA.441.15*

CCCLVI. VT INERGVMINIS PER EXORCISTAS VICTVS ADMINISTRETVR. EX CONCILIO CARTAGINENSIS.

Inerguminis in domo dei adsedentibus uictus cotidianus [f. 173v] per exorcistas oportuno tempore ministretur;

Kerff: 4.363

Source *Coll.Dach. 2.112.d — SEA 64 (= Carthage IV, 92)*

CCCLVII. DE AGITORIBVS SIVE THEATRICIS. EX CONCILIO ARELATENSE.

De agitoribus siue theatricis qui fideles *sunt*. placuit eos *quamdiu* agunt a *communione* separari;

Kerff: 4.364

Source *Coll.Arel. 20*

CCCLVIII. DE MVLIERIBVS QVÆ LENOCINIVM FECERINT. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Mater uel parens uel quilibet fidelis. si lenocinium exercuerit. eo *quod* alienum uendiderit corpus. uel potius suum placuit *eam* nec in *finem* accipere *communionem*;

Kerff: 4.365

Source *Coll.Dach. 1.85*

CCCLIX. QVOD CONFVGIENTES AD ÆCCLESIAM TRAHI NON OPORTET. EX CONCILIO HELIBERITANO.

Eos qui ad *ęcclesiam* confugerint trahi non oportet. *sed* eos domini sui *promissa* intercessione *exire* *persuadeant*; Quod si ab *ęcclesia* *exeuntibus* poenale aliquid ei dominus intulerit. ut *ęcclesię* inimici habeatur *excommunicatus*;

Kerff: 4.366

Source *Coll.Arel. 30*

CCCLX. DE LIBERTIS AB ÆCCLESIA DEFENSANDIS. EX CONCILIO AGATENSE.

Libertos legitime a dominis suis *ęcclesia* si necessitas exierit tueatur; *Quod* si quis ante *audientiam* aut *peruadere* aut *expoliare* presumpserit ab *ęcclesia* repellatur;

Kerff: 4.367

Source *CAGD.506.29*

CCCLXI. SI QVIS POTENTIVM QVEMLIBET EXPOLIAVERIT. EX CONCILIO TOLETANO.

Si quis de *poenitentibus clericum* aut *quemlibet pauperem* aut *religiosum* expoliauerit. et mandauerit ad ipsum *episcopus* ut eum audiat. et si *contempserit*: *inuicem* mox scrip[f. 174r]ta *pergant per omnes prouincię episcopos* et *quoscumque* adire potuerit. ut *excommunicatus* habeatur donec audiat et reddat aliena;

Kerff: 4.368

Source *Coll.Dach. 2.61 — CTOL.397.11*

CCCLXII. DE HIS QVI AVGVRIA VEL FALSA SORTES SANCTORVM CREDVNT. EX CONCILIO AVRELIANENSE.

Si quis clericus *uel monachus uel secularis* diuinationem *uel auguria* crediderit obseruanda. *uel* sortes quas mentiuntur esse *sanctorum*. quibuslibet imputauerint *intimandas*. cum eis qui eis crediderint ab *ęcclesię* *communione* pellantur;

Kerff: 4.369

Source *CORL.511.30*

CCCLXIII. DE CONIVRATIONE VEL CONSPIRATIONE. EX CONCILIO. CALCIDONENSE.

Coniurationis uel conspiracyonis crimen ab *exteris legibus* omnino est *prohibitum*. multo magis hoc in *dei ęcclesia* ne fiat *ammonere* conuenit; Si quis ergo *clerici uel monachi* *reperiti* fuerint *coniurantes* aut *conspirantes*. aut *insidias* ponentes *episcopis* aut *clericis*. a *gradu proprio* *poenitus* abiciantur;

Kerff: 4.370

Source *Coll.Dach. 2.1 — CCHA.451.18 (Dion.I/II)*

CCCLXIII. DE EO QVI NOCTVRNA INLVSIONE POLLVITVR. ISIDORI EPISCOPI.

Qui *nocturna inlusionem* polluitur *publicare* hoc *sacerdoti* non *moretur*: *culpeque* *suę* *meritis* hoc *tribuat* et *occulte pęnitentiam* *agat*;

Kerff: 4.371

Source *BEN.AN. Cod.reg. 14 (eds Holste–Brockie, 194), partial — ISIDORE, Regula 13 (ed. Campos, 111, lines 355–57)*

CCCLXV. DE EO QVI DELVSVS NOCTVRNO FANTASMATE FVERIT.

Qui nocturno delusus fantasmate fuerit. tempore officii in sacrario stabit: nec audebit eadem die *ęcclesiam* [f. 174v] introire antequam sit lotus et aquis et lacrimis;

Kerff: 4.372

Source

BEN.AN. Cod.reg. 14 (eds Holste–Brockie, 194), partial — ISIDORE, Regula 13 (ed. Campos, 111, lines 355–57)

CCCLXVI. DE POLLVTIONIBVS INTERROGATIO AGVSTINI RESPONSIO GREGORII.

Interrogatio agustini; Si post inlusionem que *per somnium* solet accidere. *uel* corpus domini quislibet accipere ualeat. *uel* si sacerdos sit sacra mysteria celebrare; Respondit gregorius; et quidem hunc testamentum ueteris legis sicut in superiore capitulo iam diximus. pollutum dicit nisi lotum aqua usque ad uesperum intrare *ęcclesiam* non conceditur; Quod tamen aliter populus *spiritalis* intellegens sub eodem intellectu accipiet. quo prefati sumus: quia quasi *per somnium* inluditur qui temptatus in inmunditia ueris imaginibus in cogitatione inquinatus sed lauandus est aqua. ut culpas cogitationis lacrimis abluat. et nisi prius ignis temptationis recederit reum se quasi usque ad uesperum cognoscat; Sed *est* in eadem inlusione necessaria ualde discretio. que subtiliter pensari debeat. ex qua re accidat menti dormientis; Aliquando enim ex crapula. aliquando ex nature superfluitate *uel* infirmitate. aliquando ex cogitatione contingit; Et quidem cum ex nature superfluitate *uel* infirmitate euenerit. Omni modo hæc inlusio non est timenda. quia hanc animus nesciens pertulisse magis [f. 175r] dolendus est quam fecisse; Cum uero ultra modum appetitus gula. in sumendis alimentis rapitur. atque idcirco humanorum receptacula grauantur. habet exinde animus aliquem reatum. non tamen usque ad prohibitionem percipiendi *uel* missarum sollempnia celebrandi. cum fortasse aut festi dies exigit: aut exhiberi ministerium pro eo quod sacerdos alius in loco deest ipsa necessitas conpellit; Nam si adsunt alii qui implere ministerium ualeant. inlusio *per crapulam* facta a perceptione sacri mysterii abstinere ut arbitror humiliter debet si tamen dormienti turpi imaginatione non concusserit; Nam sunt quibus ita plerumque inlusio nascitur. ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus inaginationibus non foedetur; Qua in re unum ibi ostenditur. ipsa mens rea non tamen sit *uel* suo iudicio libera. cum se et dormienti corpore nihil inuenit uidisse; Tamen in uigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse; Si uero ex turpi cogitatione uigilantis oritur inlusio menti dormientis. patet animo reatus suus; Videt {Videat *corr.*} enim a qua radice inquinatio illa processerit. quia quod cogitauit sciens hoc pertulit nesciens;

Kerff: 4.373

Source

PHAL.800.5.17, partial — DGRE.590.1843, c. 9 (eds Ewald–Hartmann, p. 342, line 4–p. 343, line 3)

CCCLXVII. ABHINC BEATI ISIDORI EPISCOPI.

In lege quippe qui somno nocturno polluebatur. egredi [f. 175v] iubebatur a castris. nec regredi priusquam ad uesperum lauaretur; Et si illi in carnali populo ita quid *spiritalis* seruus christi facere debebat: qui magis contaminationem suam debet respicere. et longe ab altario positus mente et corpore pertremescere. atque in figura aque pænitentię lacrimas adhibere. ut non solum

Michael D. Elliot, May, 2013

Collectio quadripartita, Book 4 (Bodley 718)

aquis sed etiam fletibus studeat ablui. quicquid forte per occultam culpam immunda contamine {contaminatione *corr.*} polluit;

Kerff: 4.373

Source *BEN.AN. Cod.reg. 14 (eds Holste–Brockie, 194), partial — ISIDORE, Regula 13 (ed. Campos, p. 111, line 362–p. 112, line 368)*

CCCLXVIII. DE HIS QVI REBAPTIZATI SVNT QVANTVM POENITEANT. EX CONCLIO HILERDENSE.

De his qui in preuaricationem rebaptizati sine aliquo necessitate uel tormento dilapsi sunt. placuit ut circa eos illa nicenses synodi statuta seruentur. quę de preuaricatoribus constituta esse noscuntur. id est ut septem annis inter caticuminos orent. et duobus inter catholicos et postea moderatione et clementię episcopi fidelibus in oblatione et eucharistia communicent;

Kerff: 4.374

Source *Coll.Dach. 2.107 — CLER.546.9*

CCCLXIX. VT PRO BAPTIZATIS CONSIGNANDIS QVÆ FIDELIBVS NVLLVS EXIGANT PRETIA.

Quod enim gratis accepimus ut dominus ait gratis dare debemus {cf. Mt 10:8}: ideoque nullus pro baptizandis consignandisque fidelibus pretia aliqua exigere presumat; Quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse uel commissa non potius sua sponte correxerint. ut beatus papa gelasius decre[f. 176r]uit. periculum subdituri proprio sint honore priuandi;

Kerff: 4.375

Source *Coll.Dach. 2.111 — DGEL.492.636, c. 5 (ed. Thiel, 364) | partial, paraphr.*

CCCLXX. DE INFANTIBVS BAPTIZANDIS QVOTIES DVBITATVR AVT FVERINT BAPTIZATI. EX CONCLIO CARTAGINENSE.

Item placui {placuit *corr.*} de infantibus quoties non inueniuntur certissimi testes. qui eos baptizatos sine dubitatione testentur. neque ipsi sunt per etatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere. absque ullo scrupulo eos esse baptizandos. ne ista trepidatio eorum faciat sacramentorum purgatione priuari; Hinc enim legati maurorum fratres nostri consuluerunt quia multos tales a barbaris redimunt.

Kerff: 4.376

Source *Coll.Dach. 2.105 — CCAR.397.39 (= Reg.eccl.Cart.exc. 72; Carthage V, 6)*

CCCLXXI. DE EPISTVLA IACOBI APOSTOLI IN QVA PRO INFIRMIS ORARE PRECIPITVR EX EPISTVLA PAPÆ INNOCENTII.

Beatus enim apostolus iacobus in epistola sua scripsit. infirmatur quis in uobis. inducat presbiteros ecclesię et orent super eum unguentes eum oleo in nomine domini. et oratio fidei saluabit infirmum: et suscitabit eum dominus: et si in peccatis fuerit remittentur ei {Iac 5:14–15}; Quod non est dubium de fidelibus egrotantibus accipi uel intelligi debere: qui sancto oleo crismatis perungui possunt. quod episcopo confectum non solum sacerdotibus sed omnibus uti christianis licet in sua aut suorum necessitate unguendum; Ceterum illud superfluum uidemus

adiectum: ut de *episcopo* ambigatur quod *presbiteris* [f. 176v] licere *non dubium* est; Nam idcirco *presbiter* dictum est: quia *episcopi* occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. ceterum si *episcopus* aut potest aut dignum ducit aliquem ad se uisitandum et benedicere et tangere crismate sine cunctatione potest: cuius {scilicet *episcopus gl. sup. lin.*} est ipsum crisma conficere; Nam *pænitentibus* istud fundi *non potest* quia *genus* est sacramenti; Nam quibus reliqua sacramenta *negantur*: quomodo unum *genus* putatur posse concedi;

Kerff: 4.377

Source

Coll.Dach. 2.110 — DINN.401.311, c. 11 (ed. Coustant, cols 863A–64A) | partial, adapted (until infirmatur)

CCCLXXII. DE EADEM RE BEDAE PRESBITERI.

Infirmatur quis in uobis inducat *presbiteros* *ęcclesię* et orent *super eum*. unguentes *eum* oleo in nomine *domini*. et oratio fidei saluabit *infirmum* {Iac 5:14–15}; Hoc et *apostoli* in *ęuangelio* fecisse leguntur. et nunc *ęcclesię* consuetudo tenet. ut *infirmi* oleo consecrato unguantur a *presbiteris* et oratione comitante sanentur; Non solum *presbiteris* sed ut *innocentius* papa scribit etiam *omnibus christianis* uti licet eodem oleo in suam aut *suorum* necessitatem unguendo. quod tamen oleum *non nisi episcopis* licet confici; Nam quod ait oleo in nomine *domini* {Iac 5:14} significat oleo in nomine *domini* consecrato *uel* certe quia etiam cum unguant *infirmum* nomen *domini* *super eum* inuocare pariter debent. et si in peccatis sit dimittentur ei {Iac 5:15}; Multi *propter peccata* in anima facta infirmitate aut etiam [f. 177r] morte plectantur corporis. unde *apostolus* ad *corinthios* {*chorinthios corr.*}. quia corpus *domini* indigne percipere erant soliti erat. ideo inter uos multi et *inbecilles sunt* et dormiunt multi {1 Cor 11:30}; Si *ergo* *infirmi* in peccatis sint et *hęc presbiteris ęcclesię* confessi fuerint a *perfecto* corde ea relinquere atque emendare satagerint dimittentur eis; Neque enim sine confessione emendationis peccata queunt dimitti; Unde recte. subiungitur. confitemini alterutrum peccata *uestra* et orate pro inuicem ut saluemini {Iac 5:16};

Kerff: 4.378

cf. Coll.quad. 4.377

Source

BEDE, In epistulas VII catholicas, in Iac., vers. 5:14–15 (ed. Hurst, CCSL 121, 221–22, lines 157–85, paraphrasing DINN.401.311, c. 8 [cf. Coll.quad. 4.377])

CCCLXXIII. DE DEFVNCTIS SANCTI ISIDORI EPISCOPI.

Transeuntibus de hac luce *fratribus*. antequam sepeliantur *pro* dimittendis eorum peccatis *sacrificium* offeratur; Corpora *fratrum* uno sepeliendi *sunt* loco ut quos uiuentes caritatis tenuit unitas morientes locus unus amplectat; Pro *spiritibus defunctorum* altera die *post pentecosten*. *sacrificium* deo offeratur. ut beatudinis participes factę purgatiores corpora sua in die resurrectionis recipiant;

Kerff: 4.379

Source

BEN.AN. Cod.reg. 23 (eds Holste–Broockie, 197), partial — ISIDORE, Regula, 25 (ed. Campos, 125, lines 596–601)

**CCCLXXIII. DE COMMUNICATIONE PRIVATIS ET ITA DEFUNCTIS EX
EPISTVLA LEONIS PAPÆ.**

Horum causa dei iudicio reseruanda *est* in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium differatur; Nos autem quibus uiuentibus non communicauimus [f. 177v] mortuis communicare non possumus;

Kerff: 4.380

Source

Coll.Dach. 2.64; PHAL.800.3.14 — DLEO.440.544, c. 8 (PL 54, cols 1205B–06A)

**CCCLXXV. VT NEMO PRO SEPULTVRA DEFUNCTORVM QVICQVAM
REQVIRERE AVT EXIGERE PRESVMAT. EX EPISTVLA GREGORII PAPÆ.**

Graue nimis et *periculosum* a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini querere. et de alieno uelle facere lucri compendium; Hoc autem uitium et nos postquam deo auctore ad episcopatus honorem accessimus. de ecclesia nostra omnino uetuimus. et prauam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus. memores quia dum habraham a filiis efron hoc est filiis seor sepulchrum pretio ad humandum corpus coniugis postularet primum accipere rennuit {scilicet efron *gl. sup. lin.*}. ne comodum uideretur de cadauere consecutus; Si ergo tantę considerationis paganus uir fuit quanto magis nos qui sacerdotes dicimur hoc facere non debemus; Vnde ne hoc auaritię uitium ne uel in alienis denuo temptari presumatur ammonero. sed si quando aliquos in ecclesia uestra sepelire conceditis si quidem parentes ipsius proximi uel heredes *pro* luminaribus sponte quid offerre uoluerint accipere non uetamus. peti uero aut aliquid exigi omni modo prohibemus: ne quod ualde inreligiosum est aut uenalis quod absit dicatur ecclesia. aut uos de humanis uideamini [f. 178r] mortibus gratulari. si ex eorum cadaueribus studetis quodlibet modo compendium;

Kerff: 4.381

Source

DGRE.590.1524 (ed. Norberg, 560–61, lines 5–27), abbrev.

CCCLXXVI. DE AECCLESIAE MORTVIS. EX CONCILIO CARTAGINENSE.

Mortuos ecclesię penitentes ferant et sepeliant;

Kerff: 4.382

Source

SEA 66 (= Carthage IV, 81)

EXPLICIT LIBER QVARTVS

Ecce hec sunt pauca ex multis *sanctarum* scripturam edictis deo fauente succinctim excerpta; Dum enim sanctę iussioni uestrę parere uolui presumi si ultra uires meas facere. quod optime non noui; Parcat hoc cum cæteris commissis mihi meritis precibique uestris omnipotens deus; Sed quia ut potui deo donum feci quod iussisti; Obsecro beatitudinem uestram ut mercedem orationum uestrarum mihi reddere procuretis;

OBTO VOS BENE SEMPER VALERE IN DOMINO.

Africani concilii. XLIII.

Placuit quotiens *quodquod concilium congregandum est presbiteri qui neque etate neque egritudine: neque aliqua grauiore necessitate inpediuntur ad diem concilii instantissime occurrant. et qui nequuerint. excusationes suas ostendere certissime procurent: et si rationem inpedimenti sui aput suum episcopum non reddiderint. ecclesie sue communionem debere. esse. reiectos;*

Source

Reg.eccl.Cart.exc. 76 (Carthage V, 10), abbrev., adapted

[f. 178v] Si iudicium dei iustum quare infantes cum parentibus in sodomis cremati sunt? non iniuste. *sed.*⁶² misericorditer deus illis fecit. ne diu uiuentes exempla sequerentur. et in perpetuo incendio cum illis equaliter cremarentur;

Source

unidentified

Placuit ut hii qui sibi ipsis aut ferro aut ueneno aut precipitio aut suspendendo *uel* quolibet modo uiolenter inferunt mortem nulla illis in oblatione commemoratio fiat neque cum phalmis ad sepulturam eorum cadauera deducuntur multi enim sibi hoc per ignorantiam. usurparunt similiter et de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur;

cf. Coll.quad. 4.97

Source

CBRA.561.16

Agustinus⁶³ ait. Quaecumque mulier aut partum suum disperdit: aut filium necabit homicidium perpetravit; Mulier siue uir consentientes ei in hoc peccato. VII^{tem}. annos peniteant;

Source

Coll.Hib.A, 45.4.b

Hieronimus dicit. Quaecumque mulier hanc detestationem fecerit. rea bis constituitur. aut suae animae. aut homicidii. inde. XIII^{cim}. annos peniteat;

Source

Coll.Hib.A 45.4.a

Hieronimus ait. Pudet dicere pro nefas triste quod uerum est. aliae erecta ceruice et ludentibus pedibus incedunt et reliqua; Aliae uero sterelitatem bibunt: et necdum nati hominis homicidium faciunt nonnullae⁶⁴

Source

Coll.Hib.A 45.3

⁶² sed] s MS

⁶³ A new hand (which Kerff identifies as an English Caroline minuscule) begins here, adding the final three canons on the page.

⁶⁴ The text ends incompletely. An unknown number of folios is missing.